



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

Gen. 39. similia passura ijs, quæ Ioseph passus est, qui illum tunc eripuit, is eam quoq; admirabiliter seruat per Daniele[m]: qui sapiente iudicio seniorum conuicit malignitatem, & eos magis morte dignos ostendit, & vt mortem paterentur effecit.

Cap. 27. Cùm tanta esset intelligentia, tanta gratia & tam magnis dignus est habitus contemplationibus: cumq; ipsa Dei arcana, & duplicis verbi aduentus mysteria spiritu esset contemplatus: quinetiam quæcunq; sunt alijs pluris facienda, & quæcunq; sunt euentura in fine seculi, & eam, quæ tunc erit, afflictionem, & hominum ex terræ aggeres resurrectionem, & sanctorum gloriam, & impiorum ignominiam, quæ nunquam desinit, & Dei profunda, quantum potest is, qui est carnis indutus, per ipsa scrutantem spiritum cognouisset, deinde vinculo solutus, terra terræ lubenter tradita, ad Deum, quem desiderabat, vir desideriorum abiit, cum his tribus & amicis pueris & Prophetis perpetuo conuersans, & nec à nobis quidem, quod ad defendendum & adiundum attinet, abscedens: Ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, supernaturalis & diuinæ Trinitatis: Quam decet honor & adoratio in secula seculorum, Amen.

Obit mortē
S. Daniel.

VITA S. PRAXEDIS VIRGINIS, PER ADONEM
ARCHIEPISCOPVM TREVIRENSEM COLLECTA. HABETUR
in eius Martyrologio sub XII. Kalendas Augusti.

Iulij 21.
A patre suo
instruitur in
fide catho-
lica.

Sacros fon-
tes in eccle-
sia erigere,
Apostolici
instituti est.

Cōmédatur
virgo ex
martyrum
sepulcris.



ROMAE natale S. Praxedis virginis. Hæc cum sorore sua beata Potentiana, à sanctissimo patre Pudente, qui fuit edocaus in fide à beato Apostolo Paulo, in omni castitate & lege diuina erudita, post transitum parentis, vigilijs & orationibus, atq; ieiunijs assidue vacans, omne patrimonium suum simul cum prædicta sorore sua S. Potentiana, in sustentatione pauperum & Christi sanctorum erogauit.

In titulo verò, quem pater eorū Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, vnà cum consilio beati Pij Sedis Apostolicæ Episcopi, fontem Baptismi construere soror & ipsa student, vt familia earum die sancto Paschæ baptizarentur.

Quos ad nonaginta sex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluuit. Indè post innumera pietatis opera, post multorum martyrum sepulturas, inter quos beatum Simetrium presbyterum cum alijs vigintiduoibus, apud titulum supradictum manibus suis sepeliuit, qui per martyrij palman ad regna cælorum transierant: eadem beatissima virgo migravit ad Dominum, coronam iustitiæ receptura, duodecima Kalendas Augusti. Sepulta est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, iuxta sororem suam, atque sanctum patrem Pudentem posita.

PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTA
MARIA MAGDALENA.

Iulij 22.

Luc. 7.



ODIE misericordia & veritas obuauerunt sibi, & multitudo miserationum Domini in peccatricem foeminam refusa est. Filius enim Virginis, peccatricis & menstruatæ manibus attrahatur, Deumque & Dei filium mulier infirmata contingit. Tangit pedes mundi atque mundantis immunda, & ad vestigia creatoris mulier criminosa procumbit. Transit in affectum cordis prauaricatrix, & redit ad cor, atque magnitudinem scelerum, lachrymarum multitudo condemnat. Dissimulat pietas tangentis officium, & obsequiorum instantiam remuneratorius ille Maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Oculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundatibus vestigia Redemptoris infundit, tergit crinibus, odoriferis illinit & irrorat vnguentis. Videt, & inuidet singularitatis amator, & vtrunq; redarguit Pharisei iactantia, illi ignorantia, presumptionis illa. Sed deliberans Providentia suspendit iudicium, dum affectat obsequium, & inuestigam retinet preparatam, donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat. Gaudent Angeli super peccatrice poenitentia agente, & odoris fragrantia celestis ille conuen-

Luc. 15.

conuentus aspergitur, saluantemq; & saluandam totam misericordiae dulcedo pro- Rom. 5.
cingit. Vbi abundauit peccatum, superabundat gratia; & numerositatem criminum
præponderans pietas intercludit.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, in peccatricis cōfessione: quàm Pſal. 30.
iusta reprehensio in Pharisei superbia & abusione? Enumeratur obsequentis obse-
quium; & per obliquum tangitur indignantis iniquitas; tota literali cohærentia Simo-
nis inuidiam impugnante. Et quia vbi spiritus Domini, ibi libertas; dimittitur illi pec- 2. Cor. 3.
cata, quæ multum diligit; immò immittuntur illi, qui multum negligit. Non erat fa-
tius ab vberibus sponsæ, nec induerat compassionis affectum legem relegens; quæ
misericordiam nescit, nouit iustitiam. Lex dura, duris & lapideis promulgata; parata
percutere, nescia misereri. Lex excludens pœnitentiæ locum, veniam negans; emen-
dationis ignara. Lex vinum durum & acidum, de botris amarissimis eliquatum; con-
secratum feritati; deriuatum Israël, Saluatori propinatum. Vinum, de quo dentes bi-
bentium obstupeſcunt; non de genimine vitis illius, quod Saluator bibit nouum in Luc. 22.
regno Patris sui. Verè meliora sunt vbera sponsæ vino isto. Quænam autem sunt illa? Cant. 1.
Procedat in medium Paulus Apostolus; & vbera felici lacte manantia nobis assignet.
Gaudere, inquit, cum gaudentibus; & flere cum flentibus. O quàm breui sermuncu- Rom. 12.
lo totius religionis depinxit insigne; tam eleganti clausula proposuit pietatem, acqui-
tatem statuit, submouit inuidiam. His vberibus mater Ecclesia lactat proficietes; per-
fectos nutrit. Gaudere, inquit, cum gaudentibus.

Faceſcat hinc ſecularis plauſus in ſania, & lætitia mundialis abſcedat; quia non eſt
gaudere impijs, dicit Dominus. Nunquid illorum os gaudio repleti æſtimas, qui læ- Eſa. 48.
tantur cum malefecerint; & exultant in rebus peſſimis? Vel illi, qui laudibus aduato-
rijs rapiuntur; diuinæ iubilationis agnouere lætitiã? Nunquid, qui veſtiuntur pur- Luc. 16.
pura & byſſo, & epulantur quotidie ſplendide; gaudium & lætitiã obtinebunt?
Abſit, vt in terra ſua uiter uiuentium, gaudiorum inueniatur materia; cum tantis al-
ternationibus tanta mundi facies immutetur, vt eleuans allidatur, & respiret allifus.
Sed eſt gaudium continua ſui iucunditate firmiſſimum; quod perfectus animus de ſe- Gaudiũ fir-
cura ſibi cõſcientia pollicetur. Mens enim à mundi huius aſpergine purè preſeque miſſimũ ſe-
deterſa, & in diuinæ contemplationis acumen torum deſiderij ſui figens affectũ; gau- cura ſibi cõ-
dens gaudet in Domino; & exultat anima ſua in Deo ſuo. Talis anima minas aſperna- ſcientia.
tur; nescit timorem; ſpem falſam eludit; & omnium ſcandalorum immunis, in pace in
idipſum dormiens requieſcit. Pax multa diligentibus legem tuam, (ait iuſtus) & non Pſal. 118.
eſt illis ſcandalum. Nouerat enim, quia liſtores non perſequuntur martyres, ſed coro-
nant. Cum huiusmodi gaudentibus gaudet Apoſtolus; & vt abundantius gaudeant,
tota ſecuritate promittit. Hoc gaudium plenum & certum eſt; tantoq; certius idem,
quanto viciniùs circa identitatem imprimitur. Hæc eſt māmilla congratulationis,
de qua lac exhortationis effunditur; quo nutriuntur perfecti, vt cum auulſi fuerint à
lacte isto, epulentur ab introitu gloriæ Dei.

Secunda eſt, Flere cum flentibus. Nunquid Apoſtolus præcipit flere rerum amiſſi-
onem; intermiſſionem voluptatum; filiorum mortes; morborum inſtantiam; graui-
tatem inopiæ; potentiam fortioris? Abſit. Plorandi enim ſunt; qui taliter plorât. Reli- Religioſus
gioſa enim triftitia aut alienum peccatum luget, aut proprium. Beati, quorum luæus luæus.
in hac intentione verſatur; quia conſolatoriam poſſunt expectare dulcedinẽ. Quam
leni & dulciſſimo ſpiritu imbibitus eſt ſpiritus illius, qui nouit in ſpiritu lenitatis pec- for. imbu-
cantes inſtruere; ſuſpendere vindictã; & affectuoſis officijs inuiſcerare ſibi peccato- tus
rem; donec vitæ reddatur. De hac compaſſionis māmilla lac conſolationis effundi-
tur; & hoc lacte paſcit Apoſtolus illos; qui ſolido cibo veſci non poſſunt. Amator in- 1. Cor. 3.
nocentia; pacis amicus, patientibus compatiens; & congaudens gaudentibus; perfe-
ctionis metam, curſu conſummat, contingit. Hæc ſunt verba lacteis irrorata liquori- Cant. 1.
bus, meliora vino, melle dulciora, miſericordiam ſonantia, redolentia pietatem; fra-
grantia, inquit, vnguentis optimis. Digna prorsus vbera, de quibus eliquatur vnguen-
torum inſinitas; odorata diſfluxione ciuitatem Dei uiuentis circunquaquẽ reſper-
gens. Hæc ſunt vnguenta, quæ Regina Saba attulit in Hieruſalem, de quibus dicit ſcri-
ptura. Non ſunt allata vltra aromata tam optima, quàm ea, quæ dedit Regina Saba 3. Reg. 10.
Salomoni. Quàm excellenter appoſuit optima Spiritus ille ſubtilis; qui totam ſibi li- Luc. 7.
bri huius rapit poſſeſſionem. Eſt enim vnguentum bonum, quod Maria pedibus Sal- Ioan. 12.
uatoris inſudit. Eſt & melius, quod eadem, ſi tamen eadem, ſuper caput recumbentis
effudit.

effudit. Est & optimum, quod & ipsa preparauit toti corpori Christi. Primū vnguentum contritionis est, de recordatione peccatorum, de spiritu contrito & contribulato descendens. Hoc infunduntur pedes illius, qui ambulat super pennas ventorum. Hic adorat Maria in loco, vbi steterunt pedes eius. Steterunt, inquam, quia validissima amoris manu pedem vtrunque retinuit, donèc vtrunque perungeret, & audiret criminum remissionem, dimissionem in pace. Remittuntur, inquit, tibi peccata, & vade in pace. Magnam prorsus miseriam magna misericordia diluit & abstergit: & hoc quidem festinanter, quia sine vlllo interuallo coniunguntur & lachryma peccatricis, & indulgentia Saluatoris. Remittuntur peccata, & in pace dimittitur, vt & de preterito non sit sollicita, secura de futuro.

Pedes Iesu,
Misericor-
dia & Iudi-
cium.

Pedes isti sunt misericordia & iudicium, quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. Quis enim Dei misericordiam indefinenter attendens, non statim tepidioris vitæ quietem exoptet? Cùm enim recogitat vniuersitatis Dominum, formam serui pro seruis suscipere, triginta & tribus annis operari salutem nostram in medio terræ huius, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filijs hominum: statim deceptoriam spe sibi blanditur & alludit, gaudet obuersari misericordiam & miserationibus, iudicium nescit, ignorat iustitiam & puniendam existimat non puniri. Fallitur, qui sic osculatur misericordiam pedem, vt pedem iudicij non attendat: qui totum de misericordie pietate præsumit, hoc solum ad salutem sufficere credens, quod credit. Rursus cùm abducit oculos, & iudicij pedem crebrioribus oculis intertangit, subcutitur carnis animæque substantia, & vtriusque hominis statum vehementior aura percellit. Horrendum est enim in manus Dei viuientis incidere, offendere creatorem, nescire Dominum, recalcitrare Dominantis imperio, qui habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam. Terribilis certè, sicut ait Apostolus, quædam expectatio iudicij, quando ignis in conspectu eius exardescet, & virtutes caelorum mouebuntur, & vacillantibus conscientijs, latitudinem mundi validissimus ignis aduret. Nihil prorsus terribilius, quam videre latronis officinam plenam sanguine, cumulatam opprobrijs, tormentis vndantem. Quis hæc diutius cogitans, non statim contremiscat, & in desperationis roteretur abyssum? Non est igitur huic pedi morosius incumbendum, nè pietatis intuitum ferocia iudicantis occcludat. Vtrunq; igitur inungat pedem, animæ poenitentis affectus, & nunc misericordiam amplectens, nunc iudicium osculans, contribulati spiritus offerat holocaustum.

Heb. 10.

Matt. 10.
Heb. 10.

Peccatis
nostri con-
fici vnguen-
tum.

Vide Mariam iudicij pedem fortiter attendentem, dum nobilis & lasciuia mulier conuiuantium faciem non attendit, sed extenso corpore prouoluitur pedibus Maiestatibus, doloris plena, timoris impatiens, compunctionis iaculo vulnerata: sed & misericordiam pedem labijs impressioribus osculatur, in cuius spe firmiter inhæret vestigijs accumbentis, donèc audiat. Remittuntur tibi peccata tua. Sanè preciosum vnguentum, quo non solum terrena domus, sed etiam caelestis adspersitur. Vilissimam autem sunt species, de quibus conficitur, & magna eorum copia intra nostros hortulos poterit inueniri. Peccata igitur nostra, plantata in conscientijs nostris, quorum numerositas præ multitudine numerari non potest, species eius sunt. Ipsa igitur in mortario poenitentiae, macerationis pistillo contusa, & respersa discretionis oleo, doloris igne supposito, & in aheno disciplinae concocta, vnguentum exhibent preciosum, & acceptum pedibus Saluatoris. Compendiosè autem illud confecimus, sapienti rerum occasionem penitentis relinquentes. Et licet materia videatur indignior, interim tamen bonum est vnguentum istud, quod domum replet, penetrat caelos, Angelos lætificat, & beatæ ciuitati lætitiæ refundit & gaudium. Hoc est sacrificium iustitiæ, quia sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Psal. 50.

Vnguentum
deuotionis.

Vnguentum
ex virtuti-
bus.

Secundum vnguentum est deuotionis, de recordatione beneficiorum Dei. Prorsus dignissima huius vnguenti compositio, & in istius comparatione, prioris est conspersio vilipendenda. Eius enim species de caelesti paradiso allatae sunt, & in terra filiorum hominum nequeunt inueniri. Virtutes enim diuinitus collatae, & in mortario cogitationis, pistillo diligentissima meditationis intrita, & exultationis oleo superfusa, suffuso igne iustitiæ, & humilitatis aheno decocta, vnguentum faciunt & odore & virtute mirabile, quod solum super caput Domini recubentis possit effundi, & exhiberi reuerentiæ Maiestatibus. Sed & hoc recollegimus breuiter, illis, qui multa de paucis * esculpere cognouerunt, verborum multitudinem reseruantes. Notanda ta-

men

men utriusque; differentia, & secundi sublimitas attendenda? quia illud est Deo sacrificium spiritus contribulatus, & istud sacrificium laudis, quod honorat Deum. Pedes igitur vngimus Redemptoris, cum de peccatis compungimur? vngimus caput, cum de collatis virtutibus, virtutum largitori gratias cumulamur. Interstitij tamen morositas inter pedes esse debet & caput? quia profectò difficilimus & presumptuosus salus est, a vestigijs ad verticem Domini transuolare. Neque enim eadem, quæ vnxit pedes, vnxit caput? cum illa meretrix, hæc nihil horum fecisse legatur, secundum illud: Verte impios, & non erunt. Vnxit ergò Maria sanctum Dei verticem, profectò iam dilecta, iam familiaris effecta? longèq; peccatricis illius euoluta contagijs, quam infelix ille septenarius confundebat.

Porro si duo præmissa vnguenta tantæ dignitatis sunt, ut alterum pedibus, alterum capiti complaceat Dominantis? illud tertium, quod optimum est & super excelens, vbi nam inuenire poterimus? Sed absit, ut sponsa veritatis, à veritate dissentiat? & tale aliquid habere se iactet, quod habere non possit. Est ergò tertium pietatis vnguentum, quod est super omnia aromata? morbis omnibus & periculis salutare, quodque nulli vnquam pesti inueniatur inefficax. De ipso nanque sic legitur; Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata? ut venientes vngerent Iesum. Vidésne in prima capituli fronte propositum, quòd nò vna, vel duæ? sed tres vix sufficiunt ad emendum tantæ compositionis vnguentum? Intelligis, quia non pedes, aut caput? sed totum Crucifixi corpus sibi vendicat ista confectio? Confectio sine dubio preciosa? quæ toti sufficiat corpori creatoris. Et attende, quia vnguentum pedibus infusum adeò dignissima lenitate suscepit? ut Pharisæum murmurantem parabolica prolixitate conuinceret, & retorto sugillaret exemplo. Sed & de refuso super caput eius vnguento discipulos indignantes coarguit? bonum mulieris opus esse protestans, & tumidam eorum animositatem verbis compescuit moderatis. Hoc verò tam salubre, tamq; mirificum in mortuo corpore suo voluit expendi? quod viuo utiq; reseruabat. Duo enim corpora habet Christus: vnum, quod suscepit in Virgine? alterum Ecclesiæ, quod charius habet benignitas redimentis. Denique illud pro isto morti exposuit & tormentis, addictus Cruci, vincens cum sceleratis, morte turpissima condemnatus. Poterimúsne tam salubrem confectioem conficere? Vniuersæ miserorù miseriam tam animarum, quàm corporum? oculo pietatis inspectæ, species eius sunt. Istæ igitur in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo cõfractæ, & delinitæ charitatis oleo, succenso compassionis igne, & in ahenò perseverantiæ despumata, vnguentum faciunt ipsi etiam Angelis admirandum.

Sunt viri diuitiarum in domo Domini virtutum? vestigemus, an apud eos huiusmodi habeantur vnguenta. Primus occurrit mihi Paulus? sicut vbiq; solet, totus præfenti delibutus vnguento. Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Felix anima, facta sibi tanquam vas perditum, ut omnium miserias in sua conscientia colligaret. Totum se toti corpori Christi donauerat, omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret. Sed & ille vir simplex & rectus, & timens Deum, vide quomodo non secundum hominem, immò verò secundum hominem, & (quod verius est) supra hominem ambulabat. Oculis, inquit, fui cæco, & pes claudò; pater eram pauperù, & cetera: quæ sic eum hoc vnguento perunxerāt, ut de misericordiæ thalamo largiùs irroratus exiret. Samuelem recolo, qui non semel, sed omnibus diebus vitæ suæ lugebat super Saul? & cum sciret illum ab oculis diuinitatis longiùs elongatum, non cessabat tamen compassio, quæ condolentis animum irrepserat, fundens lachrymas, etsi non profuturas, pius tamen. Dauid parricidam filium continua deploratione plorabat, plorans in eo non carnis necessitudinem, sed fidei destructionem. Cerne quomodo Ioseph totus hoc melle illitus erat. Veniunt fratres iam non ante fratrem, sed ante dominum assistentes, conscij proditoris, homicidij rei, fratricidij succensores. Videns eos Ioseph, & omnium iniuriarum immemor, dulcissimis fletibus inundatur, & pietatis addeps, qui intus latitat, foras per oculos emanat. Fugit odium, nescit iram, tempus iracundiæ non reseruat, reddens bonum pro malo, pro crudelitate dulcedinem. Penè oblitus sum Moysen, adeò sacri huius liquoris rore perfusum? ut totus, ex eo superfundatur & profuat. Peccat Israël, & Moyses peccantem reconciliare nititur Creatori? sed dissimulat Dominus exaudire rogantem. Promittit plurima Moyse Creator omnium, & ferendi licentiam quærit à Moyse, qui Moysen fecit. Dimitte me, inquit, ut irascatur furor meus contra eos, & faciam te in gentem magnam. Respondit Moyses; Si dimit-

Psal. 49.
Vnguentum
compuncti-
onis.

Prou. 12.

Vnguentum
pietatis.
Marc. 16.

Luc. 7.

Matt. 26.

Duo Christi
corpora.

Vnguentum
ex miserorù
miserijs.

2. Cor. 11.

2. Cor. 9.

Iob 29.

1. Reg. 35.

2. Reg. 18.

Gen. 43.

Exod. 32.

tis, Domine, dimitte; alioquin dele me de libro, quem scripsisti. Obstupenda profectò dulcedo. Et principatum gentis respuit aliena; & de libro viuèrium deleri desiderat, nisi peccantibus dimittatur offensa. Hæc sunt vnguentum propitiationis & misericordiae, quæ à sponsa vberibus eliguntur; infirmitates omnes fugantia; profugantia passionum. Felix Maria vixit pedes Iesu; felicior eadem caput vixit Authoris; felicissima, quæ rorem vnguentarium toti Christi corpori præparauit.

Iohan. 19. Considera, quam vehementissimo dilectionis affectu beata hæc mulier diligebat Christum Regem? Domine, inquit, si tu sustulisti eum; dico mihi, & ego eum tollam. Quem eum dicis, Maria; cum de nullo feceris mentionem, ad quem relationem facias? Putasne quòd in omniū cordibus ita versetur memoria dilecti tui; sicut & in consistorio cordis tui? Et ego, inquit, tollam eum. Mira res. Hominem perfectæ ætatis, virum, cuius corpore vix centum libræ sufficiunt vnguentorum, tenerissima mulier portabis & tolles? Ardēs & affecta locutio, quæ de puritatis amore refusa, promittit quod implere non potest; nihil enim amanti difficile esse videtur. Quis desperare debeat, tanta peccatrice non solum, etiam, sed gloriam consequente? Ipsa hodiè intercedat pro peccatis nostris, & placatum nobis reddat iudicem nostrum; sponsum suum; qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

**DE BEATA MARIA MAGDALENA, EX AVREA
ROSA SYLVESTRI PRIERATIS, VIRI DOCTISSIMI,
professione Dominicani. In expositione Euangelij serie
V. intrà octauas Pasche.**

Iulij 22.

Reliquiæ S. Magdalene apud S. Maximinum in Galijs.

Vestigia digitorum Christi manet in capite Mariæ Magdalene.



VM anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo deuotionis gratia antrum, in quo pœnituit B. Maria Magdalena, & sacras eius reliquias apud S. Maximinum visitassem; ostensum est mihi pluriès sacrum & venerabile caput eius, grande valde; & totum vndique ad os vsq; denudatum; excepta ea parte frontis, quæ Saluatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim pellis adinstar quasi Aethiopiæ, seu cadaueris iandiu occisi, clarè apparet, & in pelle duæ fossæ duarum extremitatum digitorum: quarum altera multo est reliqua euidentiore atq; profundior, & sub pelle caro ad albedinem declinans.

Ostensi sunt & in vitrea ampulla eius capilli, non omnes, sed qui pedes Christi tersere: necnon & ampulla vitrea, plena terra habere colorem medium inter rubeum ac nigrum, quam in parasceue beata Magdalena sub cruce collegit; quæ, vt omnes mihi sine hæsitatione affirmabāt, singulis annis in die parasceue, perlecta passione, euidenter & clarè ebullit; ac si ibi videatur sanguis ebullire. De qua quid sentiendum sit, aliàs. Vidi & brachium eius magnum & cerei coloris. Ossā verò eius in capsâ argentea reclusa, videre non potui. Alabastrum quoque vnguenti nardi spicati pistici preciosi, monstratum est mihi Massiliæ in ecclesia S. Victoris.

Cum verò diligentius de omnibus prædictis veritatem scrutari voluissem, Chronicam huius sententiæ reperi. Carolus rex Siciliæ secundus, & Comes Prouinciæ, circa annum Domini millesimum, ducentesimum, septuagesimum nonum, bello nauali cum rege Aragonum congressus, victus & captiuatus est; & apud Barcinonem mortuus; diro carceri mancipatus. Cumq; omni humana spe destitutus, in dubitatâ mortem expectaret in breui, à magistro Guilielmo de Tonnais, Ordinis Prædicatorum, confessore suo monitus est, vt Magdalenam, quæ in terris sibi subiectis prædicauerat, pœnituerat & obièrat, in auxilium aduocaret. Qui statim firma spe de meritis eius concepta; ieiunio & confessione & lachrymis ei se commendauit. Ecce autem in ipsa vigilia festiuitatis beate Magdalene nocte adstitit ei matrona pulcherrima, Carolum voce sonora & proprio nomine vocans; preces eius exauditas commemorans, & vt se velocius sequeretur, indicans. Cumq; pro captiua familia sua ille precaretur, & sequare, inquit, me; & te sequentur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululum vero cum aliquantisper processissent, illa firmato gradu, & se inuocatam Magdalenam esse commemorans; Scis, ait, vbi sis modo? At ille: Intrà muros, inquit, adhuc sumus Barcino-

Liberatur p. B. Mariam Magdalena

Barcinonis, si non fallor. Falleris, inquit: sed iam es intra terminos tui principatus, & prope Narbonam ad * milliarem unum. Sunt autem inter Barcinonem & Narbonam tres magnæ diætes, & triginta amplius * milliaria. Tunc ille perflus lachrymis. Quid, inquit, o domina, gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam, inquit, cum instanti bello quodam corpus meum de meo sepulcro sublatum, & loco eius aliud suppositum fuisset, ut fallerentur inimici, si meum corpus absportare voluissent, ita factum est. Unde adhuc eo in loco iacent reliquie mee, alijs loco earum sublatis. Illuc perge, & eas talibus signis inuenies. Nam eo in loco vitis est, qua sequens, de ore meo prodijisse videbis? & ibi est caput meum totum nudum, excepta ea carne, quam Saluator mundi in horto tetigit, cum eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interiunt, exceptis ijs, qui Iesu Christi pedes tetigere. Iuxta caput est ampulla plena terra madefacta sanguine Christi, quam sub cruce collegi, & semper, quoad vixi, in memoria Domini mei seruauit. Cum hæc inueneris, honore digno eleuabis, & locum meæ mortis & meæ poenitentiae fratribus meis, id est, Prædicatoribus trades. Ego enim prædicator & Apostola fui. Conuentui loci, in quo deceffi, reditus pro centum fratribus assignabis, ut semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis, disparuit.

Ille verò, facto iam die, Narbonam cernens, in eo loco, in quo Magdalena disparuit, Crucem figi iussit, quæ usque in præsens, Crux de leuca, dicitur, & S. Maximinum adiēs, omnia per ordinem reperit, & iussa perfecit. Nam cum in illis duobus locis monachi habitarent, eis contributionem fecit, & loca illa fratribus Prædicatoribus tradidit, assignans reditus super gabellam ciuitatis Nicienfis & alijs, iuxta præcepta Magdalene. Templum verò reliquijs eius regium incepit, sed non plenè perfecit. Profectus verò ad regnum, monasteria duodecim vel plura Ordinis eiusdem Prædicatorum fabricauit atque dotauit: in quibus de Magdalena usque hodiè memoria quotidie agitur, ac tandem moriens, cor suum Ordini eidem legauit, quod usque hodiè in conuentu S. Dominici de Neapoli, in eburnea pyxide reseruatur, illudque anno millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quinto proprijs luminibus inspexi. Igitur mirabilis Deus in sanctis suis. Et post pauca:

Ex his autem perspicuum credo, quantum Prædicatorum Ordinem Magdalena diligat & magnipendat: quia scilicet Prædicatores suos fratres appellauit, & eis thesaurum suum, id est, sua loca suasque Reliquias commendare curauit. Quin & Magistro generali eiusdem Ordinis tunc apparuisse dicitur, dum Carolus è carceribus exemit, dicens; Vos elegi thesauri mei custodes atque cultores. Propter quod etiam ipse Carolus tantum Ordinem dilexit, ut suæ scilicet liberatrici se conformem efficeret. Sed quia de Magdalena sermo nobis exorsus est, ut tanto amori pro viribus & vices & grates referam, nonnulla alia, quæ legi, recitabo. Nam anno Christi millesimo, trecentesimo, septuagesimo sancta baumam, seu Italicè balmam, id est, antrum, in quo Magdalena poenituit, quidam mercator Tuscus deuotionis gratia visitauit. Hic inde sic diuino succensus amore regressus est, ut ebrius amoris spiritu, verba eius relegenti videatur extitisse. Hic regressus in patriam, suæ viæ itinerarium vulgari metro confecit, pulcherrimè veridicèque describens & loca, & reliquias omnes, quæ in S. Maximino, in Massilia & Arelate & Auinione, & reliquis locis vicinioribus continentur, iuxta ea, quæ oculis nostris inspeximus. Se quoque præsentem, fratrem Eliam Ordinis Prædicatorum, qui Magdalene longo tempore, id est, annis octoginta sex, in sancta bauma seruièrat, multa, quæ subinferam, reuclasse, & post paululum vitam finiuisse, testatur.

Igitur visitatis reliquijs & spelunca, dum consolatus mercator discessum meditaretur, fratres, apud quos gratia forè inuenerat, eum beati patris Eliæ sermone amplius consolari voluerunt. Cumque manibus fratrum beatus pater Elias delatus fuisset, (Nam totus contractus, nil ferè præter linguam habuit vitæ participans) visos peregrinos dulciter salutauit, ac fratri se deferenti ait: Ad locum meum me deportes, quia secreta Dei volo referare, quæ tacui. Locum verò suum dixit eum, in quo ad orationem in spelunca super petra, in qua, nocte Magdalena quieuit, stare consueuerat. Pro hoc verò sciendum est, montem esse in Prouincia, ab Oriente Niciam, ab Occidente verò Massiliam, à Meridie mare, & à Septentrione habentem Auenionem. Hic ad altitudinem trium millium passuum assurgit, & deinde iubam seu cristam gerit lapideam, ab Occidente in Orientem decem millibus passuum & eo amplius extensam, quæ ab Occidente sic præcisè cernitur, ut murum vastissimum dixeris. Nam ad instar ferè duarum præ-

leucam
leuca

Capilli qui
Christi ex-
tersere pe-
des, manent
salui.

Carolus Si-
cilie rex
multa ex-
truit mona-
stera Præ-
dicatorum.

Pfal. 67.

Mōsin Pro-
uincia apud
quem vixit
Magdalena

cellarum turrium eleuatur. In rupis huius radice spelunca est eleuata, quantum magnus, immò maximus, iactus est lapidis, ore prospiciens Occidentē, & elibani formam præ se ferens. Ante os speluncæ est breue spatiolum: intus verò ad læuā intrantis & ad speluncæ medium, lapis à solo surgens, in cumulum eleuatur, & paulatim ac sensim versùs interiora speluncæ euanescit: inter quem & extrema speluncæ, fons pulcherrimus patet, frigidissimus tactu, & gustu dulcissimus, nunquàm deficiens, & nunquàm patenter adextrā profiliens. Super eo lapide Magdalena & contemplationi & quieti nocte vacabat, vt communis est fama, & imago ibi quasi Magdalenæ apertis oculis quiescentis, beato Maximino authore, reposita testatur. Vnde cum tota spelunca interdum guttulis generati humoris humectetur, lapis ille solus, vt dicitur, omni tempore immunis ab iniuria stillicidij conferuatur.

Huc igitur dum pater Elias fuisset delatus, sequentibus peregrinis, & ad lachrymas sanctitatis eius ad speculum concitatis, ait: Fratres, dies venit & hora mihi diu expectata mortis. Igitur quæ ad beatæ Magdalene gloriã & vestræ salutis augmentum enarro, percipite. Cum beatæ Magdalene seruiturus, desertum istud & rupem horridam pertransissem, exacto hinc mense, solitudinem fastidians, pœnitui, & discessum tacitus cogitavi. Quadam igitur nocte cogitationibus agonizans, subito instar crucis montem hunc lapideum in partes quatuor diuisum inspexi, atque mihi quatuor mundi partes, Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio, patuere, & cælum sursum abyssusque

Narratio F. Elia fide dignissimi de B. Magdalena.

Apparet Maria Magdalena F. Elia, seric ac ordinē ei pandens traslationis suæ.

Magdalena diuinitus eransfertur in locū desertum.

Maria Magdalena à dracone & viperis per angelum liberatur.

Magdalena exemplum pœnitentiæ.

Fons ad preces eius scaturit è rupe.

deorsum. Igitur timorē perterritus, in terram excors cecidi. Cum quæ verbis quibusdam dulcibus eleuatus, spiritum collegissem, toto corde Magdalenam in auxilium aduocaui. Hæc statim adfuit tam sereno & radianti vultu, vt in eam intēdere non possem, operta capillis, & nuda brachia, ac pedes floribus redimita, dicens; Inconstans ac rudis, te propter apertus est mons, & te propter ego adsum, & per me, modo velis, anima tua in æternam vitam dirigitur. Tu hinc à meo seruitio discedere cogitasti: sed audi, quæ dicam, & demum age, quæ libet. Vt nosti, inquit, è Ierusalem Massiliam multi, Deo volente & naue subuehente, deuenimus. At vbi Massilia & pars non parua regionis, Iesu Christi fidem suscepit, tatum circa nos humanus fauor & inquietudo creuerunt, vt hominum consortia fugere cogitarem. Rapta verò diuinitus, sub huius antri sui ore deposita. Cum quæ hinc inde per locum mihi à Deo paratum lumina direxissem, draconem, quem mea soror Martha occidit, repentē inter lucem & tenebras adspexi, cuius horrorem sufficienter exprimeret nemo, erat bubalo maior. Vidi & omnis generis vyperas. Subito me apparente in spelunca, & draco & vipera multitudo excitantur in me, oculis & sibilis suum furorē præ se ferentes. Nam vipera quidem innixa caudis, pectoribus assurgebant: sed draco omnibus immanior ita me conterruit, vt timerem eius ad spectum, immò nec ferre possem, quæ mortem non timebam. Heu me, tunc inquit, Iesu mihi nisi mihi statim adfueris, aut deuorabor, aut præ pauore spiritum efflabo. Cōtraxit tunc subito draco caput, quasi me non curaret: sed denuò statim extenso ac dilatato vastissimo guttore, & concussis alis, me deuorandā inuasit. Cum quæ iam deglutendam in sua ora traxisset, quia lingua nō poteram, sic sum profundo & securo corde locuta; Dulcis amor Iesu, tristēm me ac solam in deserto post innumera tua dona me draconis escam effecisti? Tunc subito Angelus de ore draconis eductam me allocutus est, dicens; Beata, quæ fidem tenes ac draconem calce percutiens? Egredere, inquit, hinc draco, & omnes vipera tecum. At repentē se dedit draco & reliqua turba præcipitem, & volans ac peditans desertum adiuit, in quo illum mea soror Martha superauit. Igitur Angelus Michael spiritum efflauit odoriferum, qui in flammam conuersus, totam baumam lambens, immundas ac foetidias viperarum faeces absumpsit, & locum omnem mundum ac redolentem effecit. Deinde verò ad me conuersus, Deus, inquit, quem tantum o Magdalena concupiscis & semper habes, te vult hunc locum lachrymis irrigare profusus, vt futuris seculis exemplum pœnitentiæ perpetuò fias.

Remansi eo disparente perterrita, & loco lustrato, hominibus inuium ascensum descensum quæ, rupe verante, cognoui. Tunc amoris dulcedine in lachrymas resoluta, me ad terram prostravi, adorans ac dicens; Gratias tibi, Christe amor, quod me omni mea affectione replēsti: sed oro, fontem in rupe hac exhibeas deprecanti. Crepuit statim sub meis oculis immane hoc saxum, & quas cernis Elia, aqua è duro filice scaturière. Cum quæ ante ipsum limpidissimum fontem genu flexo, Christo gratias agerem, ecce plus quàm mille spiritus vidi in spelunca dextera stetit, verba suauissimi

uissimam amoris Hebraica lingua decantantes. Cum igitur postremo subintulissent, non expedire animam tam assiduam orationum frequentiam; eleuatis oculis, plenum aërem extra speluncam ex similibus inspexi. Igitur cum eos demones suspicata, Iesum, nimium territa, acclamasset, repente cum suis militijs Angelus Michael adfuit, dicens; Adsum Magdalena, ne timeas. Denique malignis spiritibus congressus, eos omnes in fugam compulsi, ita clamantes; Non eris tamen ideo beata tu, quae orationibus vacas in antro. Crucem igitur in ore speluncae Angelus erexit, dicens; Caue ne extimescas in posterum; quia custos tuus est altissimus. Igitur ante Crucem eo disparente cum iacuissem, orationi, timore nimio exiccatis visceribus, instare attenta non praualens, collectas duas radices in ipso ore speluncae & loras comedens, aquam de fonte bibi, postquam humanum aliquid non gustauit. Crucem deinde complexa, ea die ac nocte sequenti orans, orto sole, visum ad Crucem ipsam leuauit, coloris, ut videbatur, crystallini, & radijs fulgentibus coruscantem. Cumque in me vehementissimi amoris flammam perferenssem, ecce tam læta & iubilans Angelorum turba adfuit, ut æternam vitam in hoc antro credidisses. Repente igitur ab his ad infernalium loca delata, poenarum genera & punitorum turmas inspexi. Cumque ad loca Purgatorij ventum esset, tanta dulcedine me spiritus deuotij circumsteterunt, ut mihi viderer esse in patria, & cum magna teneritudine dixerunt; Ora pro nobis Magdalena nostra. Quibus ego; Vtinam, inquit, vestra voluntas per me impleatur. Animaduerto, quantum vobis auxiliij sit opportunum. Deinde verò ad Crucem iterum reposita mihi Angelus ait; Quanto tempore tuus ac noster amor Iesus in terris te propter cuius, tanto tu quoque in hac spelunca moraberis.

Steti igitur, eo disparente, ad Crucem orans, & Christum salutem meam contem-
plabar. Omni autem euoluto die, Angelorum adfuerunt militia, & me tam sublimem
in aëra sustulerunt, ut caelestes audierim resonare melodias. Quod abinde citra se-
pties semper intra diem & noctem fecerunt. Frigus ac gelu, diuino igne successa, iam non
curabam. Cumque meae vestes paulatim vetustate deciderent, paulatim quoque diu-
ina pietate mei creuere capilli, ac demum cum semicinctia e rupe deiecissent, sese
adeo diffuderunt, ut à me lapidibus succedendi gressum praepedirent. In ipsa verò
Cruce mysteria Christi cuncta videbantur. Ibi Anna ac Ioachim historias; ibi Mariam
Iesum meum mihi parietem; ibi Crucifixi tetrum liuorem, ibi pium cruorem, ibi du-
ra vulnera; ibi Crucem ac mortem eius dabatur intueri, & eundem regredientem ab
inferis, & caeli sidera penetrantem. Cumque his cibata ferculis, nocte dieque flerem,
cum lauandi vultus gratia fonte peruiissem, obuium mihi humana forma Iesum me his
verbis alloquentem vidi; Te propter Maria loca ista constitui. Circumstabant caelestes
militiae regem suum, florum ferta gestantes, & oliuarum palmarumque ramos tenen-
tes in manibus. Et ecce resplenduit subito assumpta humanitas, & seipsum adinstar
sui, cum esset in monte Thabor, Saluator transfigurauit, adeo ut me oculos inflecte-
ret tanta maiestas compulerit. Me quidem ad vultum dilectum oculos attollere dul-
cis amor inflammabat, sed minimè valui. Cumque mecum multa contulisset, illapsus
est caelo, & quoad vixi, centies ac decies me in spelunca pro sua pietate visitauit. Itaque
Elias tibi consulo teque, rogo, ut in hac rupe Christi laudes exoluas, quò te ad vitam por-
tum tandem adducam. Sterilem locum sola ac nuda ego adiui; tu verò fratrum ha-
bes solatia, & victui vestituique abundanter opportuna. Igitur de perseverantia cogi-
ta. His dictis, ab oculis meis, inquit Elias, Magdalena euauit, & ego in hanc usque ho-
ram omnes homines praedicta celauit. His dictis, post horulam beatus ille pater expi-
rauit, statimque ipsa campanula, in ea rupe suspensa, nullo hominum mouente, iubilā-
runt. Omnia haec ex dicto libello fideliter assumpsi.

Mirabitur autem fortassis vir animalis, diuinam pietatem peccatricem animam
tam praclaris donis extulisse; sed si viderit, qui eiusmodi est, praedicantem Christum,
& forte lasciuientem in sermone Mariam, subito diuini sermonis iaculo percussam,
sui peccatoris arcana lachrymis & singultibus reserare; si viderit repente agitatam do-
loribus, & amore liquefactam, torques, armillas, dextralia, margaritasque deponere,
& effusus comis, lugubres assumere vestes; si, inquam, viderit hanc Iesu Christi tenu-
isse vestigia, & haec lachrymarum flumine lota exicare capillis, & cordialibus oscu-
lis ac miserandis vocibus misericordiam suis sceleribus implorare; si à maculis abso-
lutam, in pace Christi pietate remissam si praedicantem ubique Christum, & Mariam
comitantem; haurientem quidem Christi doctrinam, sed substantiam effundentem;

Rapitur
Magdalena
ad locum in-
ferni & pur-
gatorij.

Quotidie
crebro in
aëra sus-
tulit ab An-
gelis.

Cruce mirifi-
ca Magda-
lenae exhi-
betur.

Christus ei
apparet.

Matt. 17.

Sepius à
Christo vi-
sificatur.

Campana ad
obitum eius
sponte sua
sonant.

Si hanc viderit pauperem ac itinere fatigatum Salvatorem mundi excipere domo,
 fouere vnguētis, dapibus recreare, & discipulorum eius turbam suis facultatibus sus-
 tentare. Si propinquis, immò & discipulis fugientibus, carnifices inter intrepidam
 Cruci adstitisse, cruentam sanguine, lachrymis infusam, aërem eiularibus adimplem-
 tem. Si contemplari sepulcrum, & vnguenta parare: si mulierem fragilem sexu, no-
 ctis tenebras & arma custodum non extimuisse, (ò vim amoris immensam) quin dile-
 ctum extinctum quæret in sepulcro: si postremò hanc viderit vacuo sepulcro colli-
 gatam, & nulla iam præter lachrymas habere solatia, videbit pariter diuinā pietatem,
 hanc ab extremo in extremum non nisi per opportuna media deduxisse. Quæ enim
 crimina possent tot gemitibus, tot lachrymis, tanto ardore nō esse abolita? Si animas
 scelestissimas baptismalis vnda, sanguinis Christi operante virtute, pulcherrimas, &
 in oculis Dei optimi maximè splendentes restituit: quid in Maria sanguis Christi, &
 Cruce stillans, effecit? Mirari igitur magis oportet ignauiam hominum atque socor-
 diam, qui in Maria Christi pietate perspecta, subito quanuis atroces, quanuis scelesti
 & flagitiosi, non atteruntur, vt vbi superabundauit delictum, superabundet & gratia?
 Franciscus Petrarcha, visa Mariæ spelunca & lapideo cubili, huius beatæ peccatrici
 considerans pœnitentiam, compunctus ait:

Francisci
 Perrarchæ
 Carmen de
 B. Magda-
 lena.
 Luc. 7.

Matt. 26.
 Mar. 16.

Iohan. 19.

Matt. 26.

Mar. 16.
 Iohan. 20.

Dulcis amica Dei, lachrymis inflectere nostris,
 Atque humiles attende preces, nostræque saluti
 Consule: nanque potes. nec enim tibi tangere frustra
 Permissum, gemituque pedes perfundere sacros,
 Et nitidis siccare comis, ferre oscula plantis,
 Inque caput Domini preciosos spargere odores.
 Nec tibi congressus primos à morte resurgens,
 Et voces audire suas, & membra videre,
 Immortale decus, lumenque habitura per æuum,
 Nequicquam dedit ætherei rex Christus Olympi.
 Viderat ille Cruci hærentem, nec dira pauentem
 Iudaicæ tormenta manûs, turbæque furentis
 Iurgia & insultus, æquantem verbera linguas:
 Sed mœstam intrepidamque simul, digitisque cruentos
 Traçantem clauos, replentem vulnera fletu,
 Pectora tundentem violentis candida pugnis,
 Vellentem flauos manibus sine more capillos.
 Viderat hæc, inquam, dum pectora fida fuorum
 Diffugerent, pellente metu. Memor ergò reuifit
 Te primam ante alios: tibi se prius obtulit vni:
 Te quoque, digressus terris, & ad astra reuersus,
 Bis tria lustra cibi nunquam mortalis egentem
 Rupe sub hac aluit, tam longo in tempore solis
 Diuinis contentam epulis, & rore salubri.
 Hæc domus, antra tibi stillantibus humida saxis,
 Horrifico tenebrosa situ, tecta aurea regum,
 Deliciasque omnes, ac ditia vicerat arua.
 Hic inclusa libens, longis vestita capillis,
 Veste carens alia, ter denos passa Decembres
 Diceris: hic non fracta gelu, nec victa pauore:
 Nanque famem, frigus, durum quoque saxa cubile,
 Dulcia fecit amor, spesque alto pectore fixa.
 Hic hominum non visa oculis, stipata cateruis
 Angelicis, septemque die subuecta per horas,
 Cælestes audire choros, alterna canentes
 Carmina, corporeo de carcere digna fuisti.

MAR-

MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI MAR-
TYRIS PLATONIS, AVTHORE SIMEONE
Metaphraſte. Numerum capitum ad
marginem adiecimus.



NON sum noua dicturus de Galatis, neque aliena ab ijs, qui Ancyram habitant: nec dicam incredibilia de confes-
sore, & eo, cui uerbum Dei fuerat commissum. Stulte enim
fecerunt Galatæ, ut consueuerant: fuit autem Plato reue-
rã sanctissimus, qui sibi Dei creditam habebat sapiẽtiã :
& ea passus est à Galatis, quæ confessoribus pati iubet lex
Christi. Eum enim captum seui & immisericordes conie-
cerunt in carcerem, ut qui uerbum Dei annunciarẽt, & ui-
olaret leges Imperatoris. Acerbè ergò & inhumanè ijs
cum affecerunt supplicij, quæ non fas est ipsam humanã
sustinere naturam, grauem ostẽdentes insolentiam, & in
belluinam conuersi crudelitatem. Fortiter autem ferebat venerandus & purissimus
Platonis animus, ut qui afflictiones omnes & calamitates propter Christũ ferre esset
meditatus. Nam non eandem, quam is, qui erat eiusdem nominis, Plato exercuerat
philosophiam, nec erat in eadem doctrina philosophatus: sed erat quidem præstan-
tissimus in omni uerbi sapientia: fide autem antecellebat ijs, qui vnquam fuerunt.

Julij 22.
ut habent
Latina Mar-
tyrologia.
Cap. 1.

S. Plato e-
ijcitur in
carcerem &
dirẽ crucia-
tur.

Hic ergò beatus Plato multos quidem ex ijs, qui Ancyram habitabant, affecit be-
neficio: multos autem uerbo illuminans, fecit Christo credere: & multos ex ijs, qui
à potentioribus opprimebantur calumnijs, liberauit ab iniurijs. Pro ijs uerò, quibus
ipso affecerat beneficijs, * iusta pœnã ab eo exacta sunt: aut potius seipsum lubens
tradidit, fortique & excelsò animo tulit calamitates. Erat enim eius semper ad Deum
scopus, cuius etiam fuit imitator. Quamobrẽm cum abduceretur, confidens ibat ad
supplicium. Vicarius autem Agrippinus cum apertè præfessisset in Iouis basilica, iussit
sisti Martyrem. Apparitor autẽ dixit: Stat ante ipsum tribunal, domine. Dixit Agrip-
pinus: Cũ totus orbis terrarũ degat in letitia, cur es in tali & tanto errore cõstitutus?
Dixit sanctus Plato: Vos estis, qui in errore degitis: & reliquistis Deum, qui fecit cælũ
& terram cum toto eorũ ornatu: & excisos colitis lapides & ligna putrida, opera ma-
num hominum. Dixit Agrippinus: Iuuenilis tua aetas te facit temerarium, & efficit,
ut sis valdè insolens. Dic ergò mihi, cuiusnam es religionis, & cuius cõditionis & ciui-
tatis: & quod est tibi nomen. Sanctus dixit Plato: Si uelis scire cuiusnam sum religionis,
sum Christianus. Dixit autem Agrippinus: Dic nomen, quod tibi fuit impositum à pa-
rentibus. Nam ipse quoquẽ scio te esse Christianũ. Iussit uerò Imperator nullum
hominem uocari Christianum. Dixit sanctus Plato: Si uelis scire cuius sum religionis,
iam dixi tibi me esse Christianum. Si autem uis etiam scire nomen mihi tributum à
parentibus, dicor Plato: & sum quidem Christi seruus ab utero matris meæ: sum uerò
ciuis huius ciuitatis. Nunc autem sum captus & ad te adductus, tanquam pius & Chri-
sti seruus. Quamobrẽm mors est mihi proposita propter Christum, quam oportet
me à te expectare. Fac ergò citò, quod scis & statuisti.

Cap. 2.

for. iniust.

Sistitur ad
tribunal.

Vicarius dixit: Non expedit tibi, ò Plato, crucifixi nomen habere in mente. Nam
qui eum consentitur, iubet Imperator tradi morti acerbæ: eos autem, qui ipsum ne-
gant, donis maximis afficere. Quamobrẽm tibi consulo, ut pareas legi Imperatoris, &
hoc lucrifacias, nè mortis acerbæ facias periculum. Respondens autem dixit sanctus
Plato: Ego pareo meo Regi, cui etiam milito: mortem autem, quæ est ad tempus,
eligo, ut sim hæres regni æterni. Dicit Vicarius: Considera ò Plato, quidnam sit tibi
conducibile, nè malè pereas. Dixit sanctus Plato: Curabit Dominus ea, quæ sunt mihi
conducibilia. Dixit Vicarius: Nõsti Plato iussa Imperatoris, quomodo iubeant inte-
meratæ eius leges omnes Christianos aut dijs sacrificare, aut uita priuari. Tu ergò
quomodo audes hæc iussa euertere, & per inobedientiam eos etiam, qui tibi parent,
euertis? Dixit sanctus Plato: Cognoui iussa Dei mei, sicut iubent eius intemeratæ le-
ges & uiuifica præcepta, nempe dæmonum mysteria euertere, & ei soli seruire. Ne-
que enim est tibi nouum & alienũ, excogitare tormenta: neque rursus mihi, mori pro
pietate. Tu enim iam multos sustulisti de medio propter hanc confessionẽ: qui morte
deuicta,

Constantia
Platonis.

Impie le-
ges Impe-
riales.

deniſta, iuſtitia acceperunt coronam aduerſus diabolum.

Cap. 4. Agrippinus autem cum hæc audiſſet, vt qui eſſet ſæuus & belluinis moribus, & aduerſus athletas pietatis ſupra modum efferatus, veluti quendam cædis reum, aut al. cuius alterius magni criminis conuictum, poſtquam ipſe ab initio didiciſſet eius in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum virtutem & fidem firmam & immobilem, imbet extenſum ſæuè cædi neruis bubulis. Quod cum quamprimùm factum eſſet, & quatuor milites ſanctum verberarent multas horas, & deſeſſi eſſent, alij autem duodecim milites ad id mutati eſſent, ne vlla quidem inuenta eſt macula in corpore ſancti Platonis: adeò vt omnes quidem obſtupefaeti, ſupra modum admirati fuerint, & à ſe diſceſſerint: ipſe autem alacrius & conſtantius perſeuerauerit in confeſſione Chriſti, & per multas afflictiones contenderit ingredi in regnum Dei, in quem non cadit interitus.

Cap. 5. Dixit Agrippinus: Ego tibi conſulo vt amico, vt mortem quidem declines, ad vitam autem accedas. Dixit ſanctus Plato: Rectè admones, ô Agrippine. Fugio enim mortem æternam, & ad vitam me confero ſempiternam. Dixit Agrippinus: Dicca-codæmon, quot ſunt mortes? Dixit ſanctus Plato: Duæ, vna quidem ad tempus: altera verò æterna. Ità etiam duæ vitæ: vna quidem breuis: altera verò ſempiterna. Dixit Agrippinus: Dijs ſacrifica, & declina cruciatum. Dixit ſanctus Plato: Fac citò, ô Agrippine, id quod tibi videtur. Ego enim nunquam ſacrifico. Neque enim ignis, neque crux, neque ira beſtiarum, neque ablatio membrorum nobis perſuadent à Deo viuò deſicere. Neque enim diligimus, quod nunc eſt, ſeculum: ſed, qui pro me eſt mortuus & reſurrexit, Chriſtum.

Cap. 6. His auditis, Agrippinus iuſſit eum reduci in carcerem: ſequēbatur autem multa turba Chriſtianorum, propter eius ſanctam & glorioſam confeſſionem. Fortis autem & magnanimus Chriſti Martyr Plato iuſſit ſibi fieri ſilentium: & poſtquam ipſi ceſſarunt à tumultu, voce ſublata dixit eis: Viri qui Chriſtum diligitis, & eſtis amatores veritatis, non leui de cauſa adeo hoc certamen: ſed propter effectorem cæli & terræ & omnium, quæ ſunt in eis. Nè vos ergò conturbent, rogo, ea quæ ſunt. Multæ enim ſunt afflictiones iuſtorum, & ex eis omnibus liberabit ipſos Dominus. Adeſte decaterò, & confugiamus omnes ſimul ad portum, qui nullis agitatur tempeſtatibus, nempe Chriſtum, & ad petram, quam magnam dixit Apoſtolus: Petra autem erat Chriſtus. Nè ergò cedamus, ô dilecti, periculis, quæ ſuſcipiuntur pro pietate:

Plal. 33. cum ſciamus, quòd paſſiones huius temporis non ſunt dignæ, quæ conferantur cum gloria, quæ eſt in nobis reuelanda. Hæc ergò cum dixiſſet Chriſti Martyr Plato, & turbis, quæ aderant, addidiſſet animum, & mentem eorum confirmãſſet, ingreſſus eſt carcerem latus & Deum glorificans. Ingreſſus autem, humili fixis genibus, Dominum precatus eſt, ſic dicens: Domine Ieſu Chriſte, omnium creator & opifex, & qui tua prouidentia curam geris vniuerſorum, qui omnibus tuis famulis tolerantiam largiris & victoriam, mihi quoquè humili & abiectò largire ad finem vſque tolerantiam: & emitte Archangelum tuum Michaëlem, vt me liberet à fallaci & malicioſo ſerpente Agrippino: vt cognoscant omnes, non eſſe deos, qui ſunt per manus hominum: ſed te ſolum eſſe Deum, qui es patiens & multæ miſericordiæ, & glorificatus in ſecula, Amen.

Cap. 7. Septem autem poſt diebus præſidens Agrippinus Vicarius in baſilica ex aduerſo Iouis, iuſſit liſti Martyrem. Dixit verò apparitor Vincentius: Qui non paret Imperatorum legibus, & veſtris iuſſis repugnat, Plato, qui eſt deſenſor impiæ Chriſtianorum religionis, ſtat ante tuum tribunal domine. Tunc Vicarius iuſſit diuerſa & varia tormentorum genera ante ipſum ſtarui: lebetem æneum, ſartagineſ ferreas, candentes crates, manus ferreas, catapultas, acutos obeliſcos, vncos, rotas, & multa alia terribilia: exiſtimans infelix ſe per hæc eſſe territorum Martyrem, vt dijs eius ſacrificaret: præcipuè autem Apollini, qui pellit ad interitum. & dicit ei: Ego quidem chariſſime Plato, contemplanſ tuam iuuenilem ætatem, & parcens flori tui corporis, & ſciens parentum tuorum nobilitatem, tibi conſulo priuſquam rursus incipiam te torquere, vt guſtatis ſacrificijs ſeruèris, & ſis nobiſcum: hoc quoquè ſciens, quòd nullus vnquam vixit ex ijs, qui mihi non paruerunt: quomodò rursus nullus ex ijs, qui mihi paruerunt, ei à me promiſſis bonis fuit priuatus. Ergò tu quoquè, ô optime Plato, ſi volueris me audire, tanquam patrem proprium, bonum tibi dantem conſilium, habeo vnicam fratris mei filiam, eam tibi dabo in matrimonium, valdè

Immaniter
cæditur ner-
uis bouum.

Nihil lædi-
tur.

Act. 14.

Cap. 5.

Duplex
Mors.
Item Vita.

Cap. 6.

Reducitur
in carcerè.

Plal. 33.

1. Cor. 10.

Rom. 8.

Oratio eius
pro Dei au-
xilij & vi-
ctoria.

Cap. 7.

Index vult
terroribus
frangere
Platonem.

Vertitur ad
blanditias.

valdè magnam ei tradens dotem, & te meum proprium vocabo filium. Beatus autem & reuerà fortis athleta Christi Plato, ridens dixit: Miser & hominum inimice, fili diaboli, & administer fatanæ: si vellem iungi matrimonio, & ducere vxorem, & degere in deceptione, implicatus fumo huius mūdānæ vitæ, dignarérne vel in rerum mearum sollicitudine accipere vxorem fratris tui filiam, aut tales habere ancillas, qualis est filia fratris tui, aut ea etiam meliores, vt ego eam ducam vxorem? Tunc fatanæ scholasticus & administer patris eius diaboli, plenus omni vitio & repletus omni genere improbitatis, non secùs ac draco quispiam aut leo cædem eructans, grabatum iussit afferri æneum, & in ipso deponi Martyrem: & sic ignem accendi, & fieri magnum acruum prunarum, eumque aspergi oleo & resina & bitumine & cera, & eum cædi virgis subtilissimis: vt à plagis & igne nudata eius viscerum structura, ei intolerabile tormentum efficiat.

Cùm diu autem cæderetur Martyr, dixit Sophronius Commentariensis: Infelicissime, pàre magnificentissimo & maximè suspiciendo Vicario, & dijs sacrificia, & nè malè moriaris, lucrifac. Quid contradicis? Non vides parata propter te tormenta? Dixit S. Plato: Ego totum meum corpus propter Christum tradidi. Cur ergò non desistis ò fatanæ scriniarie, & inimice veritatis? Te ipsum admone, vt ab errore desistas. Ego enim scio, quid mihi expediat, & nunquàm auertar ab hac confessione. Dixit Agrippinus: Quis est Christus, quem dicis? Non potest te viuum eripere è meis manibus non sacrificantem. Nunc ergò vis malè mori. Scias autem, quòd qui fuit crucifixus à Iudæis, non potest te seruare, etiamsi præstigijs tuis valdè confidas. Sin autem magno deo Apollini sacrificaris, & tuo sacrificio eum tibi placaris, potest te ab hoc, qui te detinet, candentis ignis grabato & dolore eripere. Sanctus autem Plato dixit: Nunquàm sacrificabo, nec Apollini, nec reliquis dijs tuis. Nam qui Apollo dicitur, pellit ad interitum: & omnes, qui in eum credunt, eodem peribunt interitu. Vis autem scire, ò stulte & graui corde, delire & mente capte, quòd non sunt dij, qui fiunt per manus hominum, sed aurum, & argentum, & ligna, & lapides formati varijs & diuersis coloribus? Qui oculos habent, & non vident: manus habent, & non palpant: pedes, & non ambulant: aures habent, & non audiunt: nares habent, & non odorantur. & vt semèl dicam, sunt opera fabrorum, & aurificum, & tornatorum, & lapididarum. Isti enim, quos tu deos esse dicis, quomodò non possunt alicui benefacere, ità nec possunt vnquàm lādere eos, qui timent Dominū. Sunt enim nullo sensu præditi, vobis similes: & non sentiunt, nec cùm eis offertur sacrificium, nec cùm libamen, nec cùm eis vllus alius exhibetur cultus. Deus autem, qui omnia fecit, & cælum extendit tanquàm pellem, & terram fundauit super aquas, qui potest animam & corpus perdere in gehenna: ipse in omnes dominatum obtinens, rationalia & incruenta suscipit sacrificia, quæ ex puro corde ei offeruntur: & quomodò non est absurdum, vt nos relicto effectore vniuersorum, sacrificemus lignis & lapidibus ratione carentibus, qui creati sumus ad Dei imaginem?

Dicit Agrippinus: Miserere tuī decæterò ò miser: & si nolis sacrificare, dic solùm: Magni est Apollo: & iubebo te auferri ab hoc graui ignis, quo vexaris, cruciatu, abique sospes & noster amicus. Sanctus autem dixit Plato: Absit, vt ego ità meī miserem, vt meo parcens corpori, & parua accepta, vt tu censeres, relaxatione, cum anima vadam ad gehennam ignis. Dixit Agrippinus: Rectè facis infelicissime, tibi mortem afferens, te hac suauissima volens luce priuare. Dixit Plato: Pro Christo mortem conciliat mihi regnum cælorum: non mihi autē solùm, sed etiam omnibus, qui ipsum timent. Ego verò tibi dico, quòd non possunt vincere, qui cum Deo conantur bellum gerere, & pietatis athletas diuersis tormentis subiiciunt: quomodò rursus nec qui Christum habent opem ferentem, possunt malos homines & Deo inuisos vincere propter insignem eorum malitiam. Quamobrè dico tibi Tyranne, quòd neque vita, neque mors, neque gladius, neque fames, neque periculum, neque altitudo, neque profundum, neque vlla alia res creata potest nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Ea de causa tu magis debes mihi parère, pollicenti fore, vt fruaris non rebus aliquibus caducis, & in quas cadit interitus, sed regno cælorum & vita æterna: quam habent, qui ad ipsum conuertuntur, vnde aufugit dolor, tristitia & gemitus. Fac ergò, vt vana sit spes, quam in te habet diabolus, & discede ab hac insania, & rationali accepta dignitate, cognosce quisnam sit, qui omni carni vitam largitur. Sic enim eris admirabilis, traductus ab hac

impro-

Respuit nuprias S. Plato.

Ignem & virgarum ictibus crudelissimè torque- tur S. Plato.

Cap. 8.

Magna fortitudo martyris.

Psal. 113.

Psal. 103. Matth. 10.

Cap. 9.

Egregiè p̄ se dī martyr respondet.

Rom. 8.

Esa. 35.

improbitate & ab errore, qui affert animæ exitium. Eos enim excipit, qui mouentur pœnitentia, Dominus noster Iesus Christus: qui vult omnes homines saluos fieri, & venire ad agnitionem veritatis: qui non vult mortem peccatoris & impij, sed vt conuertatur & viuat, ductus pœnitentia.

Cap. 10. Agrippinus autem his auditis, furore pœcitus dixit: Amentissime, & à dijs aliene, & inimice Imperatorum, & legum euerfor Imperatoriarum, eouſque proceſſiſti inſania & amentia, vt ad me vſque tuum errorem extenderes, & me à deorum beneuolentia conareris abducere, & ad religionem Crucifixi traducere? Dixit ſanctus Plato: Scio ego ô Tyranne, quòd tu non pâres meis admonitionibus: ſed me vo cas id, quod eſt tibi vtile. Cæterum ſic mei quoque memineris, quandò venerit tempus: quo tempore cum lachrymis recordaberis meæ admonitionis, nec ea tibi quicquam poterit ô infelix, ſed in tartari profundo ibis ad ſupplicium æternum. Fac ergò citò id, quod vis. Cordis enim tui oculos ita excæcauit diabolus, vt non adſpicias ad lucem Dei cognitionis: ſed intuearis ad tenebras, vbi eſt paratus ignis æternus tibi & patri tuo ſatanæ. Cùm tres autem horæ interceſſiſſent, & ipſe depoſitus fuiſſet ex grabato, corpus ita reſplendebat ſancti & beati Platonis, perindè atque ſi ipſe exiſſet è balneo, & ſuauiſ quidam odor tanquàm vnquenti precioſi ex eo egrediebatur. Habebat enim Chriſti verum lauacrum, & precioſam & veram cognitionem, per quam bono odore implebat eos, qui aderant: & tota quæ circumſiſtebat, turba Deum glorificabat propter fortitudinem & tolerantiam beati Platonis, adedò vt ipſi dicerent: Verè eſt magnus Deus Chriſtianorum. Tam multis enim tormentis ſubiectus à crudeli & immifericordi Iudice, non negauit ſanctum & terribile nomen Chriſti: ſed in præclaro perſeuerans animi inſtituto, vicit inſaniam Præſidis.

Cap. 11. Agrippinus autem poſtquàm ei intolerabile & tale tormentum attuliſſet, dixit: Non tibi perſuaſi, ô Plato, grauiffimum tormentum, quod tibi fuit illatum, vt dijs ſacrificares? Sed ſi nolis ſacrificare, ſolum nega crucifixum, & te dimittam. Dixit ſanctus Plato: O cor peruerſum, & mens extincta, & anima malis tradita, & quæ nihil cogitat, quod Deum deceat. Quid eſt, quod dicis? Qui mihi tot beneficia conciliauit, Seruatorem Chriſtum negabo propter te, ô crudiuore & vindex ſimulacrorum, rerumque inanimarum & mutarum deſenſor, & patrone erroris, vt reddar miſer, tibi ſimilis & iniquus? & non ſufficit tibi ſolum eſſe talem, ſed eos etiam, qui iam relati ſunt in numerum militum Chriſti, vis eſſe ſocios tuæ impietatis, in eadem via interitus ſtudens eos ſupplantare, qui recta via ingrediuntur? Diſcede à me, qui operaris iniquitatem. Statuiſti enim alios quoque ad eam trahere. Confido autem in Deo meo, quòd non faciet ſanctum ſuum videre interitum. Dixit Agrippinus: Quoniam tui ſum miſerius, euafiſti inſolens ac contumelioſus, ſtulta loquens & emotæ mentis. ego autem te citò tam grauibus afficiam ſupplicijs, vt ex teipſo mihi dicas: Da mihi, vt ſacrificem. Egregius autem Chriſti athleta Plato dixit: Chriſtus eſt Deus, & non eſt ſanctum eius nomen negandum. Non eſt æquum, vt ego relinquens fontem vitæ, colam dæmonia & libem lapidibus, quorum quidem mater eſt ars. Si enim non fuiſſent artes inuentæ ab hominibus, non eratis deos habituri, ſed planè eratis futuri ſine dijs. Tunc Agrippinus multa ira repletus propter fiduciam & dicendi libertatem Martyris, ſurrexit è throno ſuo: & quamcitiffimè indutus fibulatorio, iubet ſphæras accendi ferreas, & poni in

eius mammillis. Miniſtri autem ſatanæ citò fecerunt ea, quæ iubebantur. Sphærarum autem ignis fuit tanta vehementia, vt non ſolum apparerent eius latera, ſed etiam corrumperetur interna eius viſcerum ſtructura, vt per nares eius & cerebrum emiſſus fuerit ſumus ex calore ei per ſphæras accenſo.

Cap. 12. Beatus autem Plato, qui iam à multis reputatus fuerat eſſe mortuus, dixit Agrippino: Parua ſunt tua tormenta, ô potor ſanguinis, & beſtijs moribus ſimilis, & ſæue canis, ſi conſideretur ira tua & immanitas. Ira tua erit parua, tormenta autem tua ſint magna. Nam per tormenta, quæ mihi intentas, cognoſces potentiam Chriſti, qui mihi fert auxilium. Apparitor autem veniens prope ſanctum Platonem, dixit ei: Pære ô homo iuſſis Imperatoris, & dijs ſacrifica, & lucrifica, nè malè moriaris. Non potes enim mortem effugere, niſi ea feceris, quæ à me tibi dicta ſunt. Qui autem erat verè magno & excelſo animo & verè Chriſti Plato, apparitorem quidem non paruis in celſo ſens contumelijs, ei os obſtruxit tanquàm malo conſiliario: interrito autem ſpiritu & animo immobili, & mente non perturbata, oculos in cælum extollens, dixit:

Dorſum

Nota rē ad
miratione
dignam.

Attēde ſan
ctam m
rry
ris in dicen
do libera
tem.

Irēm eius
in Deum fi
duciam.

Sphære igne
eius mam
millis appli
cantur.

Inuictus s.
martyris
animus.

Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: faciem autem meam non auerti à dedecore sputorum. Nè discesseris à me Domine, quoniam afflictiones prope: nè fortè dicant gentes, Vbi est Deus eorum? Tibi ergò placeat, ó Domine Iesu Christe, vt ego famulus tuus, perfectè aduersarij effugiens tyrannidem, cum audacia & fiducia sistar ante tuum tribunal terribile, hoc pulchro confecto certamine. Te enim decet & in ecclesijs & in omni loco tuæ dominationis gloria, honor, potentia & maiestas, nunc & semper, & in secula seculorum. & cum multi audiissent, Amen, motus est locus basilicæ: & nescit quidem intellexit miser Agrippinus, quòd Christus ei ferret auxilium, sed dixit ei: Impie, cur es adeò emotæ mentis, & non parcis tuo corpori, cum id videas varijs modis tam acerbè cruciari? Pare ergò mihi, & sacrificia dijs intemeratis, nè malè moriaris. Sanctus Plato dixit: Dixi tibi sæpè, quinetiam nunc tibi dico, me esse Dei cultorè, nec vt eius decreta deseram, me posse in animum inducere, nec vt eos adorem, qui temerè nomen habent deorum, sunt autem adulterina & execranda simulacra. Sed non cessabo in dies assidue Deo meo prociudere & eum orare, vt salutem ab eo consequar. Tu autem Agrippine Tyranne, vanis affixus simulacris, & à patre tuo satana priuatus mente, quæ te trahebat ad Dei cognitionem, & totus redactus in eius potestatem, & ad viam vitæ nolens ascendere, in æternum punieris à Deo, qui mihi fert opem. Quem contumelia afficiens, eius seruos varijs tormentis subijcis, existimans te mutaturum eorum bonum in Deum propositum.

Esa. 50.

Psal. 78.

Christus ei fert auxilium.

Agrippinus dixit: Vide Plato, quàm multa siui te nugantem stulta dicere. Sed etsi sis indignus nostris sermonibus propter tuam audaciam & cor immutabile, audi quod tibi dico: Sæpè audiui multa eiusmodi ab ijs, qui confitentur Galilæum, nec vllus recessit viuus à meis manibus, nisi persuasus sit & sacrificarit. Si ergò non vis mihi morem gerere, & dijs sacrificare, vide quid sis passurus. Te enim multa manent tormenta, si non audieris me tibi consulentem. Sanctus autem Christi Martyr Plato dixit: Infelix & inhumane, & homines habens odio, & auctor ac princeps omnis iniquitatis, à Deo aliene & minister satanæ, & heres ignis gehennæ, & digne omni supplicio, non me terrèt tua verba, nec minæ mihi persuadent. Meus enim Dominus Christus pro me suum effudit sanguinem, & mundū redimeret ab omni iniquitate: quanto magis nos peccatores debemus pro ipso mori, vt vel per hoc grati & beneficij memores conspiciamur Domino nostro Iesu Christo?

Cap. 13.

Præclara vox martyris.

Vicarius autem Agrippinus cum hæc audiisset, & magno furore esset percitus, iussit eum cædi loris, dicens: Videamus an Deus sit ei opem laturus, in quo sperans, imperatorias constitutiones contemnit & nostra iussa? Sanctus autem Plato, his auditis, dixit: Impudentissime & sceleratissime canis, nouorum tormentorum inuentor & excogitator Agrippine: conuenienter enim tuo animi studio & instituto fuit ab initio tibi nomen impositum. Es enim agrestis quidam lupus, & effrenatus tanquàm equus indomitus, eos præcipitans, qui sequuntur impudentem & sceleratam tuam mentem. Miser & infelix, es ne adeò stultus & insipiens, & excæcatus à patre tuo satana? Non vides, quæ admodum Christus mihi in prioribus adfuit tentationibus: & nunc quoque adest, leuans meos labores, & curans plagarum notas, quæ à te mihi imprimuntur: & vt semel dicam, nunquàm relinquit eos, qui ipsi seruiunt? Fac ergò quam celerrimè ea, quæ tuo sedent animo: vt per tormenta, quæ mihi inferuntur, & indignas plagas, cognoscas Christum mihi opem ferre, qui à tua, quæ cum Deo pugnat, lingua nunc afficitur contumelia. Ego enim semper habens opem, quæ ab eo mihi fertur, non timebo tuas minas, neque varios tuos cruciatus.

Cap. 14.

Cæditur loris.

Deus nunquàm relinquit sperantes in se & seruientes sibi.

Ministri autem satanæ citò fecerunt imperata, & quamprimùm tanquàm inanimam eum tangentes statuam, sancti membra conscindebant immisericorditer, incipientes ab humeris. Sanctus autem Plato dicebat: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Omnes autem, qui eum adspiciebant, ægrè ferebant propter ei illatum cruciatum. Erat enim Agrippinus supra modum inhumanus & planè ferus. Egregius verò Christi athleta Plato, tanquàm turris quædam, quæ pullatur, in concussis manens & immotus propter suam fidem in Christum, in somnis quodammodo torqueri videbatur. Hoc enim tormentum non formidans, neque ab eo obstupescens, non solùm pusillo & abiecto animo non cessit: sed se ostendens magnanimū, lorum vnum è suo latere euulsū ex ijs, quæ lictores ex eius corpore abscindebant, proiecit ante tribunal Iudicis, dicens: Inhumanissime & omnibus feris sauior, esto,

Cap. 15.

Psal. 39.

Videretur quasi in somnis torqueri.

est, cor tuum est adeo excæcatum, vt Deum nõ agnoscas, qui ad suam nos fecit imaginem: quomodo non misereris corporis, eisdem, quibus tu, obnoxij perpeſſionibus, quod membratim meorum confinditur: sed tibi est voluptati membrorum meorum diſſectio? Hæc autem dico, non vt qui fugiam mori pro pietate, sed crudelitatem tuam & inhumanitatẽ reddam omnibus manifestam. Ego enim propter Christum meum lubenter patior omnia mala, quæ mihi à te inferuntur, & lubenter sustineo dolorum acerbitatem, vt in futuro seculo æternam inueniam requiem. Tu autem, ô crudelissime & immanissime, accepta pelle mei corporis, eam habe testem tuæ impietatis, quæ te mittit ad æternum, & quod nunquam desinit, supplicium, cum simulacris tuis & dæmonibus.

Cap. 16.

Vide seuis
simu Tyrã
ni suppliciu

Dixit Agrippinus: Cur es inspiens, & odio habes tuum corpus, ô Plato, & non curas, quòd intestina tua per tua latera feruntur cum stercore: sed adhuc nunc quomòdò es nullo sensu præditus? Præter hæc autem non contentus ijs, quæ dicta sunt, non cessasti nunc deos incesse cõtumelijs, & venerandum meum iritare iudicium. Sanctus Plato dixit, subridens: Si ego, qui tot cruciatus & supplicia sum à te passus, contumeliosus vocor & maledicus: tu qui ea mihi infers, num & factis debes dici parricida, & verbis maledicus? Dixit Agrippinus: Deos & Imperatores iam sæpè multis affecisti contumelijs, & ad iram me non parum prouocas. Scio autem te hoc facere, vt te quamprimùm occidam. Ego autem tibi tormenta inferam acerbiora, & te per partes consumam, nisi mihi paruëris, & intemeratis dijs sacrificaueris. Sanctus Martyr Christi dixit Plato: Sæpè tibi dixi, & rursus dico, & non cessabo dicere: Nè minare verbis, sed re ipsa in me ostende tormenta: vt cognoscaris faciens voluntatem patris tui satanæ & tui Imperatoris. habes enim, vt priùs dixi, potestatem mei corporis, animæ autem Deus.

Cap. 17.

O egregium
Christi
athletam.

His auditis, dixit Agrippinus: Iam experientia cognouisti per tormenta, quòd nec Philosopho quidem Platoni pepercissem propter deorum beneuolentiam, timens iussum Imperatoris. Sanctus Dei Martyr Plato dicit: Cognouisti iam tu quoquẽ ò Tyranne experientia per tormenta, quæ mihi à te sunt illata, quòd corpori meo non parco propter pietatem in Deum meum, timens iussum Regis celestis. Agrippinus autẽ cum hæc audiisset, & fuisset magno furore percitus, iussit eum in ligno suspensum tandiũ cædi, donc omnes eius carnes simul cum sanguine in terram effundantur. Præco autem magna voce clamabat: Sacrifica Plato, & soluëris à vinculis. Cum verò sanctus Plato negaret se sacrificaturum, iussit Tyrannus vncis ferreis eius genas discerpi ac laniari. Adeo autem sunt laniatæ, vt facies hominis non cerneretur amplius, propterea quòd essent eius ossa planè nudata.

Cap. 18.

Immanissimè
verberatur.Genæ lacerantur vncis
ferreis.

Postquam autem iussit Agrippinus eum de ligno deponi, dixit ei: Infelicissime, quid deceterò expectas, cum sit tota tua caro excoriata, & nudata sint ossa? Morem mihi gere, & cessa ab hac vana philosophia, & dijs sacrificata, & nè persistas in hac verborum contentione, nè malus malè pereas. Dixit Martyr: Quid expectas, ô Tyranne, à me aliud audire, nisi fidem Domini nostri Iesu Christi? Carne enim mea excoriata & nudatis ossibus, adsum, vt vides, cum maiore audacia. Si ergò tibi restat aliquid altud, quod mihi debet fieri, fac citò quod vis. Tunc impius Agrippinus Martyris admirans fortitudinem, iussit eum rursus suspendi in ligno, & vehementer eius cædi vnas & femorũ eius latitudinem. Ità fecerunt lictores, cum cædentes spatio trium horarum. Dixit autem sanctus Christi Martyr: Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum. Auxilium meũ à Domino, qui fecit cælũ & terram. Dixit Agrippinus: Impie & à beneuolentia deorum aliene, quoniam dedi tibi fidutiam, non te punies, vt par erat, audes nunc loqui, violas iussum Imperatorum? Liba ergò dijs, & te dimittam. Dixit sanctus Plato: Si nos, qui piè Deum colimus, punimur, vt qui existimemur impij: vos qui Deum abhorretis, & corpus, quod est iisdem, quibus vos, obnoxij perpeſſionibus, immisericorditer & indignè cæditis: quomodo dånabimini in iusto Dei iudicio, in die, in qua iudicabit Deus occulta hominũ? Dixit Agrippinus: Fero te loquentem audacter & confidenter: miserere, ô charissime Plato, tuæ florentis ætatis.

Rom 2.

Eius vnas
& femora
cæditur di
urissimè.
Plai. 110.Plato philo
sophus deo
rũ dogmata
fabulosa cõ
stituit.

hoc enim tibi dedit fortuna, quæ est eiusdem nominis. adspicio enim te talem esse futurum, qualis ille fuit sapientissimus Plato. Nam cum fuisset princeps philosophia, deorum dogmata constituit. Quamobrẽm benignè tecum loquor, & consulo vt sis benignus in deos: & leges suscipias, quas ipsi tulerunt Imperatores, & meis parcas admonitionibus. Si mihi autem non paruëris, scias apertè, fore vt ego te cogam hoc facere

facere diuersis & acerbis supplicijs, vt qui falsò sis appellatus Plato : eius, inquã, nomine suscepto, qui inter homines maximam sibi parauit philosophiam, cum tu in deos ingratus euaseris.

Christi autem verus ac germanus miles Plato dixit: Valdè magnū solœcismū admittis ò Agrippine, errans in veritate. Nam cum pater tuus sathanas ab initio fuerit perniciosus, meritò tu quoquè, qui es eius minister, facis ei similiter, & te in eius exerceas actionibus. Dæmonum enim fortunã inuehis in homines Christianos, qui nec ferre quidem possunt audire aliquid eiusmodi. Sum ergò eiusdem quidem nominis, cuius Plato : sed non sum ijsdem moribus præditus. Quos enim mores non coniungunt, ne nomen quidem eos cõciliat, neque locus copulat, nisi solū pietas. Quamobrèm nulla in re ei similis sum Plato, præterquã in solo nomine : hoc autem mihi piã mentem nunquã poterit lædere. Et ego quidẽ exerceo eam, quã est in Christo, philosophiam : illius autem philosophia, est apud Deum meum stultitia. Scriptũ est enim : Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum abolebo. Nam deorum dogmata, quã ille, vt dicis, posuit, sunt falsã & fictã fabulã, quã adumbrantur deceptione dæmonum, qui animis afferunt interitum, & verborum astutia vestras mentes excæcantes, abducunt à simplicitate fidei, quã est in Christum.

Postquã autem celsãsser loqui Martyr, eius quidem respõso obstupefactus Agrippinus, mansit mutus, non valens ei respondere. Cum autem paulopõst iussisset eum de ligno deponi, aggressus est eum rursus blandis verbis admonere, sic dicens : Ego deceterò ò Plato, quòd ad te quidem attinet, sum planè animi dubius, nec scio quid debeam facere. Qui itaque te multis affeci cruciatibus, nec quicquam effeci, & adhibui blanditias, & hoc nihil profuit : nunc statui aliquot dies tibi cõcedere. Fortè cum sic agnoueris id, quod est tibi vtile, hanc tuam relinques perniciã, & accedes ad deos, qui vniuersum orbem terrã administrant : & liberaberis à grauibus tormentis, quã te circumsistunt. Hęc cum dixisset, iussit eum reduci in custodiã, iubens Commentariensi quoridiè ei dare vnciam panis & potum aquam, & prohibens, ne ab villo videretur. Verebatur enim, nè quis ex ijs, qui ad ipsum attingebant, ei daret alimentum : ignorans stultus, quòd non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo, quod ex it per os Dei. Sanctus autem Plato transegit decem & octo dies in custodia : & vt in ipso quoquè impleretur id, quod scriptum est, Iustus ex fide viuet : noluit à Commentariensi panem omninò aut aquam accipere. Sciebat enim, quòd qui Danieli misit nutrimentum, qui erat in medio leonum, ipse ipsum quoquè nutriet in custodia. Postquam autem custodes eum viderunt nihil sumere, veriti nè interiret à fame, eum hortabantur, dicentes : Comede ò homo, nè fortè veniamus in periculum, si tu nolis qui equam gustare eorum, quã tibi à nobis offeruntur. Beatus autem Plato dixit : Nè existimeris, ò fratres, me moriturum propterea, quòd non comedam. Vos enim nutriti panis, me autem verbum Dei permanens in æternum : & vos quidem satiant carnes, me autem purã preces. Vos latificat vinum : me autem Christus, vera vitis patris, qui non cadit sub aspectum. Vos expectatis audire laudem ab hominibus : ego autem vocem Dominicam in die iudicij, qua dicet redẽptor mundi Christus : Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ante mundi constitutionem.

Post dies autem aliquot præsidens Agrippinus in basilica, iussit sanctum Platonem ad ipsum duci è custodia. Cum autem ductus esset, dicit ei : Pãre mihi deceterò, & dijs sacrificã, & lucrare, nè malè moriaris. Dixit sanctus Plato : Mihi viuere, Christus : & pro ipso mori, & lucrũ & gloria. Fac ergò mihi citò, quod velis. ego enim nũquã sacrificabo simulacris inanimis. Tunc cum vidisset Agrippinus fidem eius immutabilem, tulit in eum sententiam, vt caput ei amputaretur. Cum ergò eum accepissent lictores, abduxerunt extra ciuitatem in loco, qui vocatur Campus. Stans autem sanctus Martyr, rogauit spiculatorẽ, vt ei parũ spatij concederet ad orandum. Qui sublatis in cælum suis oculis, Dominum orauit, dicens : Ago tibi gratias Domine Iesu Christe, quòd sancto tuo nomine protexisti me seruum tuum, & dedisti mihi gratiam, vt perfectè cursum conficerem pro te suscepti certaminis. Et nunc rogo te, suscipe in pace animam meam : quoniam es benedictus in secula, Amen. Tũc cum collum suum extendisset, dixit spiculatori : Fac ò amice id, quod fuit tibi imperatũ. Spiculator autem eum gladio percuciens, abscidit eius sanctum caput : & statim tradidit Domino suum spiritum. Preciosã autem & sanctã beati Platonis reliquiã, acceptã à Christianis, depositã fuerunt in eodem loco, qui dicitur Campus. Consummatus autem

tem fuit sanctus & gloriosus Christi Martyr, Plato beatissimus, mensis * Nouembrii
decimo octavo, regnante Domino nostro Iesu Christo: Cui gloria & potentia in se-
cula seculorum, Amen.

VITA S. VVANDREGISILI ABBATIS A QVO
DAM EIVS, VT EQVIDEM SENTIO, PROPE
equali conscripta, capitulis ad marginem adiectis.

PROLOGVS.



AD summam Dei laudem & honorem de beati Vvandregisili Ab-
batis vita laudabili & sancta conuersatione tractaturi, sancti spiri-
tus gratiam, qui etiam in rebus minimis inuocandus est, implora-
mus: vt qui cum in cōtemptu seculi & suis ipsius abnegatione præ-
uenit & persecutus est, ipse nos quoque in hac recitatione præue-
nire dignetur & subsequi, & efficiat nos idoneos tantæ historie re-
latores. Nihil enim dignum Deo dicitur sine eo, neque etiam ipse
sine se inuocatur: cuius nimirum dona sunt, si quis mereatur omnipotentis opera
denunciare, & ipsum in sanctis suis magnificare Deum. Et primùm quidem huc Dei
dilectum, exemplar nobis & speculum proponamus, & formam in eo Apostolicam,
& vitam in terris Angelicam veneremur, atque in quantum possibile est, boni amu-
latores id ipsum imitemur. Cùm enim magnum sit & valde bonum, Sanctorum me-
rita prædicare, & extollere virtutes, ipsas vtique virtutes ambire, atque imitando ac-
quirere, reuera optimum est & præcellens. Vtrunque tamen & cælitus datur, & diui-
nitatis inspiratur: illiusque administratio est, gratis qui gratiarum distributor, dat ex eis,
quibus vult, & diuidit singulis, prout vult. Nunc igitur quæ ad communem ædificati-
onem pertinent, quæque deuotis auditorum animis professe ad imitationem possunt,
de vita & meritis tanti Comitum, tamque gloriosi principis aggrediamur: cætera, quæ
mundi fuerunt, gesta videlicet fortia, ad terrenam dignitatem atque secularem mili-
tiam pertinentia, quauis inclita & relatu digna in memoria æterna, nos tamen si-
lentio præterire decreuimus, gestis tantum spiritualibus ex parte recitandis calamum
applicantes: vt iam nunc ad ea, quæ religio beati viri & sanctitas expostulat, manus la-
borare incipiat & calamus, de ortu eius & generis nobilitate, quod de sanctis ma-
gnisque viris plerumque requiritur, breuiter annotando.

Præclarum
est, Sancto-
rum prædi-
care virtu-
tes: præcla-
rius, imitari
I. Cor. 12.

VITAE HISTORIA.

Iulij 22.
Cap. 1.

Eius pater
Vualthifus



Educatur
apud Dago-
bertum regem
in rebus mi-
litaribus.

Fit Comes
Palatii.

C. p. 2.
Matth. 22.

1. Pet. 2.

Præclarus atque gloriosus vir Domini Vvandregisilus, co-
gnomento Vuando, ortum inclitæ natiuitatis in Virdu-
nensi regione ex nobilibus atque religiosis parentibus eo
tempore, quo sceptrum regni Francorum fortis rex Dago-
bertus honestè gubernabat, habuisse dignoscitur. Denique
genitor eius Vualthifus nomine, ex nobilissima prosapia
ortus, consobrinus fuit * Pipini excellentissimi principis
Francorum. Et vt eiusdem sancti viri clarum originem al-
tidius promam, cùm esset à nobilissimis ac ditissimis paren-
tibus editus, non minùs nobilem se splendide vitæ mori-
bus ac piæ conuersationis assiduis exēplis præbebat. Cum-
que adolecentiæ polleret ætas in annis, sub iam dicto rege Dagoberto militaribus
gestis ac aulicis disciplinis, quippe vt nobilissimus, nobiliter educatus est. Et crescen-
tibus sanctæ vitæ moribus, cunctis mundanarum rerum disciplinis imbutus, ab eodè
rege Dagoberto Comes cōstituitur palatii. Quo gradu paululū administrato, ardo-
re paritum honoribus plurimis, vt sese habet secularis rei dignitas, valde sublimatus,
etiam dispositioni rerum plurimarum non multò post mancipatur. Suscipiensque
hoc officium, exercebat cum pietatis studio administrationem sibi commissam.
Mente semper cælestia tractans, optima principum iussa magnificè adimplebat,
reddens, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Eratque liber ad arguendū
eos, humilis ad obediendum: Regi Apostolico iussu subiectus, Christo deuotus. Erat
in fide firmus, in bonis operibus promptus, in sermone verissimus, in iudicio iustus,
in consilio prouidus, in bonitate conspicuus, in charitate præclarus. Arguebat sub-
iectos

iectos clementer, tolerabat patienter. Erat in eo in cunctis operibus discretio, & inimitabilis erga omnes dilectio. Euoluto autem tempore, parentum horratu, licet iniutus, quandam sibi despondit puellam, nobilissimis natalibus procreatam: solenni que more castas celebrans nuptias, virginei floris immaculatam adeptus est torum.

Denique suadebat suæ coniugi virginitatem integram custodire, castitatisque munere angelicarum virtutum promereri consortium. Illa verò hac prudenti admonitione roborata, ac superno illustrata lumine: Quæso, inquit, nobilissime virorum, ut quæ ore promis, explere properes actu, & temetipsum à seculi curis exuas, meque famulam tuam castris committas Regis perpetui. At ille exultans eius laudabili deuotione, gratiarum actiones bonorum omnium inspiratori hilariter persoluit. Fit itaque ex utraque parte, magnificè Christo donante, saluberrimus castitatis consensus. Ipse Clericatus habitum sumpsit, ac coniugem suam velo piæ religionis opertam, sancti monialium monasterio ilicò tradidit sociandam. In quo viriliter, summet custos, callem imitabilis vitæ peragens, triumphum Domino reportauit: talisque eius enituit conuersatio, ut ad declaranda ipsius merita, plurimæ à Domino per eam patrata dicantur virtutes.

His ita se habentibus, ad sancti viri opera & virtutes enarrandas stylum vertamus. Cum adhuc in laico habitu degens, iter carperet stipatus obsequijs suorum, diuertit in locum quendam suo itineri congruum: vbi seditiosum vulgus in iniuriam sancti viri totis furoris facibus exarsit. Nam stoliditate & rabie barbarica concitati, nihil sensu à belluis discrepantes, in virum Dei cum turba irruunt suorum: vbi non minimum humani sanguinis fufum fuisset, nisi intercessio ipsius & virtus Christi misericorditer adiuuisset. Ipse enim ab illo poposcit auxilium, cui dicitur: Tu es refugium meum à tribulatione: orationem pro gladio sumens, clypeum diuinæ misericordiæ postulauit. Nec defuit diuinum, vbi humanum decrat, auxilium. Denique turba prauorum hominum ita stetit immobilis, ut propius accedere non valeret, Christi scilicet retenta virtute. Statimque ipsa concertatio & rixa in admirationem intuentibus vertitur, ita ut oratione viri Dei soluerentur pariter & saluarentur, ac pacati abscederent, qui seditiosi aduenierant. Nec mirum videri debet, quandò illic filius pacis aderat, quòd litigantes omnipotens Deus eius causa ad concordiam reuocauit. Exindè cœpit magis magisque diuino igne succendi, atque contemplatiua vitæ alta rimari, Deumque glorificare simul & laudare, dicens illum super omnia toto nisu diligendum, qui vbi-cunque iustè fuerit inuocatus, præsens sit exauditor, secundum illud propheta dictum: Cum quæseritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Ad eò verò seipsum propria disciplina coërcebat, ut iam quasi futuram olim pastoris speciè suis in gestis præsignaret, ut irreprehensibilis in templo Christi præpararetur sacerdos. O perfectissimum laicum, cuius imitatores ipsi esse sacerdotes desiderabant. O mentè ab omnibus prædicandam, cui non fuit aliud viuere, nisi Christum cum dilectione timere, & cum timore diligere.

Postquam autem, ut superius indicatum est, ipse vir sanctus mundi huius oblectamenta deseruit, optabat in sancto cœnobio diuinæ insistere philosophiæ, ac monastica regula venerabilem animum tradere informandum. Ac primum in loco, qui dicitur Mons Falconis, cum viro sancto, nomine Baltfrido, non multum temporis habitauit: cuius actus & vitam in gestis de eo scriptis, si qui nôsse velint, facillè reperiunt. Erat autem idem vir Domini Vuandregisilus, statura mediocris, quæ honestam non excederet formam, oculis vigilantibus, facie candida, manibus prolixis, omniq; corporis forma decorus pariter ac iucundus. Qui omnes facultates ac prædia sua partim monasterijs perpetim possidenda tradidit: partim precium ex ijs accipiens, indigentibus larga distribuit manu. Sicque exutus seculi curis atque impedimentis, liber & nudus cum hoste versuto certare contendit. Denique hostis inuidus, eius insuperabilem conspiciens deuotionem, nitetur omnibus modis impedire pios eius actus & studia. Ac primum Regis animum & procerum illius aduersus eum commouit, scilicet ut aulsus à sancto loco, habitum compelleretur recipere secularem. Sed ipse indefinenter precibus insistens, diuinis armis inimici euacuabat moli-mina.

His temporibus Rex inclytus Dagobertus, amator videlicet Dei ac Sanctorum, ecclesiarum atque monasteriorum venerabilium strenuus fautor pariter & fundator, ac proprii regni fortissimus defensor & propagator inuictus, scepra Francorum

Catalogus
virtutum
eius.

Cap. 3.
Cum spōsa
nobilissima
seruat cor-
poris inte-
gritatem.

Fit Cleric⁹:
sponsa, san-
ctimonialis.

Cap. 4.

psal. 31.

Precibus si-
sit tumultuantes.

Ierc. 29.

Cap. 5.
Viuat in mo-
nasterio.

Forma cor-
poris eius.

Distribuit
omnia sua
bona mona-
sterijs &
pauperibus.

Cap. 6.

- præclarè moderabatur, hostibus vndiq; suæ ditioni subactis. Et quia præfatus vir Do-
mini in eius aula nutritus, & suis fuerat olim ministerijs afficitus, nitebatur ei è suorum
consilio molestiam inferre, quòd sine eius permisso habitum mutasset, ac monasticæ
se religioni mancipasset. Itaque eum accersiri quamprimum iussit in aulam suam. Ipse
autem auxilio Dei fretus, qui ei semper opitulari præsens solebat, reminiscens etiam
illius Apostoli Petri: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Re-
gi, quasi præcellenti, licet nolens quidè, in palatio sese exhibuit obtutibus regis. Cùm
autem iussus regias, licet animo reluctantè, properaret ad ædes, ante fores palatij
quendam pauperculum subito offendit cum vehiculo, quod ei sola erat domus, lu-
to immersum. Cumque omnes miserum præterirent, aut etiam aliqui comprimeret,
intellexit vir sanctus mercedem sibi ex hoc referuari, si indigenti atque humili depref-
so misericordiam exhiberet. Cernens etiam crudelitatem, quam operabantur tumi-
di, de equo, cui sedebat, cum grauitate descendit, & pauperi manum porrigens, simul
cum plastro eum de luto leuauit. Tunc quidam stolidorum perspicientes, vt de
subleuatione iacentis cœnosum gestaret amictu, vanæ gloria & temeritati, more in-
uidorum Phariseorum, deputabant. Ille verò soli Deo placere desiderans, vitupe-
ria improborum floccipendit, sed humilis humilem magistrum imitabatur, qui in
Euangelio dicit: Si patrem familiâs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domelli-
cos eius? Cùm sic autem illatum sibi pro pietate opprobrium æquo animo excipe-
ret, extemplo calithis niueo est indutus amictu: id est, Angelus vestem illius diligenter
emundans, candidiorem, quàm antea fuerat, reddidit. Postea autem perueniens in
domum regiam, stabat in conspectu Regis & procerum illius, quasi agnus in medio
belluarum. Porrò Dominus custos & rector omnium placentium sibi, ab hostium
læsione eum tutum ac munitum vbique reddebat: omnibusque liquidò patefactum
est, eum fidelissimum Dei esse famulum, qui cunctam huius mundi gloriam pro ex-
pectatione calcasset futurorum. Et præcepit Rex, vt nemo illi molestus esset, sed pro
voto animi sui diuinis seruiret mandatis, & propositi sui obseruantiam, nullo resis-
tente, seruaret. Sicque regia autoritate securus, de reliquo ad dilectæ habitationis
locum reuersus est.
- Quo loco non multò post occasione quadam relicto, in Elisgangium commigra-
uit territorium, vbi & monasteriũ struxit pro temporis opportunitate in possessione
propria. Ibi nanque beatus Vrsicinus requiescit venerabiliter humatus. Monstratur
verò eo in loco vq; in præsens viri Dei Vuandregisili grabatus, vbi quieti mēbra dare
post prolixā vigiliarum instantiam & afflictionem solitus erat. Illic nanque ieiunijs, vi-
gilijs & orationibus frequenter insistens cælestis tyro, fortissimus efficitur miles. Quòd
si nonnunquam diuinis vacantem laudibus somnus importunus Dei hominem op-
pressisset, nudis pedibus & simplici veste tantum contentus, super humum stare, ac
poplitibus flexis orare solitus erat. Tali laboris afflictione detentus, ad eò fuit atte-
nuatus & exhaustus, vt vix membra confecta posset erigere. Cernens autem hostis
antiquus insuperabilem viri Dei constantiam, ad tentamenta fortiora ilicò se contu-
lit excitanda, plurimasque ei inquietudines & visibiler, & per soporem sæpius in-
gressit: ita vt in effigies bestiarum, aut volucrum, siue serpentium se illudendo trans-
formaret, & eius ad spectibus terribilem se præsentaret. Vir quoque Domini intelli-
gens illius multimoda nocendi argumenta, suggestionesque lethiferas, per sanctæ
Crucis vexillum, & rigidam abstinentiam iugemque orationem, diuino per cuncta
fultus solatio, conatus eius irritos viriliter efficiebat.
- Sed cùm anguis lubricus se conspiceret à viro Dei vbique superari, adhuc maio-
ra inquit & adhibet artium suarum exitiosa machinamenta. At contrà in viro Dei
tantus inerat fidei feruor, & insatiabilis erga Dei cultum ardor, vt quo plures ille sua
calliditate ipsi irrogasset molestias, eo crebriores sibi optaret afferri. Cùm nocte qua-
dam ultra solitum somno indulgisset vir Dei, ilicò adfuit hostis, & illudens, ait: Te vi-
gilantior hac nocte fui. Tunc vir Dei: Non dubito, inquit, in ruinam aliorum & cu-
mulum tuæ damnationis te vbique esse peruigilem. Sed certè domabitur caro, quæ
me ad hanc impulit torporis inertiam. Exurgens itaque à desidia somni, accipiebat
armaturam Dei, taliaque promebat: Tu quidem, qui idem ipse es semper custos tu-
orum, non dormitans in æuum, indigno famulo tuo miserator adesto. Cumque per
id tempus hyemis asperitas esset, sub diuo in medio niuium & glaciæ, Dauidicam cœ-
lestemque musicam, flens & longa trahens suspiria, Domino deuotissimè deprome-
bat.

I. Pet. 2.

Officiose
suam operã
nanat pau-
peri.

Matth. 10.

Angelico
ministerio
eius vestes
mundantur.Dagobertus
rex eum vin-
dicat ab
emulis.

Cap. 7.

Extruit mo-
nasteriũ, &
in eo moria-
tur.Infestatur
demone.Arma eius
contra da-
mones.

Cap. 8.

bar. Sed & adeo in ieiunia incumbere, vt tota hebdomada, exceptis prima & quinta sabbati, escam minimè sumeret. O quàm magnificum & laudatissimum bellum, quod indefinèter probatissimus Domini miles gerebat aduersus hostem antiquum. Verè dignissimum, in quo Dominus habitaret, templum, ieiunijs mundum, orationibus comptum, puritate conspicuum, vigilijs exornatū. Cuius quidem in mente virtutum omnium decorem, & valdè sobrium sibi Sapientia collocavit domicilium.

Quadam nocte iuxta morem cilicio obuolutus, in cella dum ad refocillandū quieti membra dedisset, Angelico ductu in monasterium, quod vocatur Bobium, situm in Italia, perducitur, ostensaque sunt ei eiusdem loci habitationes. Expergefactus autem à somno, intellexit hoc oraculum diuinitus agi, seque ad hoc commoveri, vt ob gratiam vitæ contemplatiuæ atque arctioris continentia semitam explorandam talia inuiseret loca. Memor itaque Domini præcepti, quo ait: Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: surgens reliquit omnia, quæ oneri sibi videbantur, quatenus ab vniuersis exutus, mandatoum Dei tutius curreret viam. Adunatoque fratrum omnium coetu, orat vt imminente itineri, eorum intercedentibus precibus, iuuamen cunctipotens clementer tribueret. Sicque valedicens eis, cum tribus pueris & asello dispositum arripuit iter: ouansque peregrinationem optati laboris aggressus, Alpium iuga transgreditur, atque Italiam ingreditur, ad Bobiense cœnobium, veluti reuelatione didicerat, accedit: quod beatus pater Columbanus Scotici generis, laudabilibus gestis florens, cum à Rege Theodorico Gallia expulsus esset, atque ab Agilulpho Longobardorum Rege Italia magnificè susceptus, eius permisso ædificauerat. Quem locum veterum traditione * Bonæum nuncupabant, propter riuum eius nominis illic manantem, amnemque alium, quem Trincam vocant: ad quem olim Annibal hyemans, hominum, equorum, elephantorum damna non minima sensit. Hunc ergo locum beatus pater Vuandregisilus adiens, qui à discipulis præfati Columbanus tunc temporis incolebatur, aliquantisper inibi commoratus est. Cum autem vidisset cuncta loci eius habitacula, apertissimè intellexit, antea sibi à Domino diuinitus hæc fuisse monstrata. Cognoueruntque habitatores loci probatissimum Christi esse militem, & eius fructuosa deuotio atque nobilissima stirpis origo, cunctis est subito patefacta: multaque præfagia futurorum ei Dominus ibidem monstrare dignatus est, posteris intimanda.

Morante autem eo illo in loco, incidit ei sancta quædam cogitatio, vt ad limina Apostolorum Romam proficisci deberet: Christoque duce, quod pie tractauit, deuotè compleuit. Denique cœpto itinere sancta lustrando loca, ad eandem conuolauit celeberrimam urbem, vota que sua omnipotenti Deo eiusque beatissimis Apostolis deuotè obtulit, dicens cum Psalmista: In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Sicque in visu admonitus, vt Galliarum repeteret rura, iter conuertit ad Alpes. Remotior enim volebat conuersari, & peregrinam pro Christo ducere vitam non mediocriter appetebat, si Dominus votis eius annueret. Disposuerat namque in Hyberniam insulam nauigare, sed diuina pietas hoc magnificum munus, ob multorum instructionem, Galliarum populis reseruauit. Cum autem nõ modico sudore, tamen delectabili, Alpibus transscensis, arua iam tereret Gallica, causa hospitij monasterium petijt, cuius est vocabulum * Romanis, situm vltra saltum Iurensem. Pater ergo loci venerabiliter & monasticè eum suscepit, ac debitum præbuit obsequium, vt eius vitæ præscribit laudabilis Canon. Cognouitque vir Domini religionem monasticam inibi pollere, deditque operam, vt monachorum iungeretur sodalitati. Amplexus autem obedientiam, per decem ferme annorum curricula sub institutione regulari, felici deuotione Domino militauit. Ibi solis ieiunijs & orationibus, multorum excedens metas hominum, vacare cœpit, & iugum Christi, quod ferentibus leue est, in se recipere, semetipsum sibi abnegando, ac crucem suam tollendo, Christum totis viribus sequi conabatur: in virtutū videlicet culmina per humilitatem ascendens, mansuetudinem sectans, modestiam, atque sobrietatem & lenitatem æquè in omnibus seruabat. Execrabatur denique vir Dei, præcipuus religionis amator, discordiæ vitium, arrogantia ac elationis supercilium. Erat ipse cunctis humilior, charitatis officijs præueniens cunctos: tardus ad loquendum, & velox ad audiendum: cunctos scilicet oris sui, hilaris vultu, maturus moribus. Obedientiæ quoque ac subiectioni ita promptum se exhibebat, vt iussionem patris, quasi diuinitus imperatā, cum omni sinceritate quamprimùm exequeretur. Meditatio eius semper

Mira inedia eius.

Cap. 9. Spiritu perlustrat Bobiense monasterium.

Luc. 14.

Venit ad Bobiense cœnobium.

* Bobium

Cap. 10.

Romā proficiscitur.

Psal. 55.

Decem annis hæret in monasterio quodam, viuens sanctissime.

viribus defixa erat: & vbi cunquē esset, mandata Dei scrutabatur accuratē, & instāter perficiebat. Tale nimirū erat beati viri studiū, talisque in eo florebat religio. mortificabat enim membra sua, quæ sunt super terram. Nudus nudam amplectebatur Crucem, atque mortuus iam mūdo, advena terris, vivebat Deo. Cuius exemplis salubribus plurimi negligentes ac tepidi prouocati, arduum illius arripuerūt iter, atque ad opus sublimium virtutum, ipso sancto opitulante, æternæ vitæ foliciti, consurgunt.

Eo ergo in loco viro Dei commoranti cælestis adest visitatio. Nam cum quadā nocte attentissimè precibus insisteret, diuinis auribus offerendis, in cellula sibi constituta, talique negotio apta, incomparabilis suauitatis odore simul & claritate locus ille cælitus repletur, voxque ad eum huiusmodi perlata est: Serue Christi, in timore Domini deuotissimè, pax tibi semper multiplicetur. Certa bonum certamen, & his semper insiste operibus, quæ per me gerulum quotidie offeruntur Domino. Quia non ocio torpentibus, sed in fide currētibz & peruigili instantia attentissimè Christo militatibus, vitæ ianua patet æternæ, iam tibi à Domino reserata, vt cum iustorum collegijs, gaudijs fruaris æternim duraturis. Nepos quoque tuus Godo, pro quo creberrimis precibus aures Domini sollicitas, vestigia imitabitur tua, cunctisque huius mundi vanitatibus derelictis, vt strenuus miles ad castra Christi deuotissimè conolabit. His auditis, vir Domini humi prostratus, arctissimè orationi incubuit, non se in corde suo extollendo, quod cælesti visione visitari meruisset: sed humilians se fragilem ac peccatorem fatebatur, & quod dignus non esset, peccatorum næuis fedatus, vt cælesti oraculo magnificaretur. Hæc de viro Dei reuelatio ostensa fuerat cuidam seruo Dei, in ipso loco degenti, qui & nobis narrare solitus erat. O quantis præconijs efferenda est tam excellens virtus, quantisque laudibus celebrādus est homo ille, qui sic à Christo meruit mirificari. O felix mortificatio seruorum Dei: quæ dum spontè agitur in membris corporis, conciuēs efficit angelorum. O amplectenda modis omnibus arcta & angusta via, per quam vir Domini Vuandregisilus ingressus, cælestis aulae habitator effectus est.

His porrò diebus gloriosus confessor Domini Audoēnus, anno tertio Clodouē Regis, filij Dagoberti, sedem vrbs Rothomagensis adeptus, verbum salutiferæ prädicationis suis ciuibz administrās, fidei catholice fautor pariterque præceptor, barbaricas atque indomabiles eorum mentes neçtare Euangelicæ doctrinæ debriabat, atque docilem subiectamque, ad credendum quondam asperam, gentem docebat, sedulisque exhortationibus Domini Iesum Christum esse colendum, innumeris assertionibus demonstrabat. Cuius cognita ab omnibus vita, atque laudabili deuotione comperta, admonitus etiam in visu, vt occidentalia Galliarū reuiferet loca, de supradicto, Romanis, monasterio cum licētia patris egressus, iter carperè cœpit, quod ad Belgicam deducit Galliā, peruenitque ad celebrem urbē Rothomagensē, summa reuerentiā à venerabili antistite Audoēno exceptus. Qui memor prioris coniunctionis & societatis, nobilissimæque eius originis, sed & piæ ac Deo dignæ religionis, aliquandiu eum secum in vrbe tenuit, & secundi ordinis honore ampliauit, Subdiaconum eum creans valde reluctantem, sicut & processu temporis Leuitici ministerij onus ei imposuit. Quo feliciter administrato, non multò post ad sacerdotium, licet renuens, iussu eiusdem beatissimi præfulis Audoēni, à venerabili Autmaro pontifice vrbs Taruannæ consecratus est. Deindè post acceptum sacræ benedictionis munus, studiosè explebat ministeriū sibi impositum, humilitatis tramitem in omnibus tenens. Erat nanque non minimū idoneus & aptus huic sacrosancto ministerio. Quamobrē præfatus gloriosus præful in vrbe secum perpetim retinendum censuit, quia mellito eius delectabatur alloquio, quo eum crebrò recreabat & grauitate fouebat. At verò ipse egregius Dei cultor districtiorem desiderans ducere vitam, etiam secreta plurimū ambiēs, mundanos toto nisu fugiebat semper honores, vt apud Christum posset mereri cælestes. Itaque omni conatu tanto negotio opportunum inquirebat locum: aut si id fortè verante mundi turbine, votis eius nō obtingeret, saltem vt sub Christi iugo & onere eius placido, regularem vitam promptissimè sequeretur, vt per eum, Christo duce, multorum promoueretur salus.

Cum autem talia volueret animo, contigit, vt largiente Erchinoaldo præfecto, immodicam soli partem acciperet, quo Fontanellæ cenobium, vnā cum venerando nepote suo Godone, vt rudis habitator construeret. Quem veterum traditio, ob riuum in eo loco fluētē, hoc nomine vocitabat. Monstrabantur nanque in eodem loco

Cap. 12. Audoēnus Episcopus Rothomagensis.

Cap. 13.

Cap. 14.

Cap. 15.

Cap. 16.

Cap. 17.

Cap. 18.

Cap. 19.

Cap. 20.

Cap. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

Cap. 24.

Cap. 25.

Cap. 26.

Cap. 27.

Cap. 28.

Cap. 29.

Cap. 30.

Cap. 31.

Cap. 32.

Cap. 33.

Cap. 34.

Cap. 35.

Cap. 36.

Cap. 37.

Cap. 38.

Cap. 39.

Cap. 40.

Cap. 41.

Cap. 42.

Cap. 43.

Cap. 44.

Cap. 45.

Cap. 46.

Cap. 47.

Cap. 48.

Cap. 49.

Cap. 50.

Cap. 51.

Cap. 52.

Cap. 53.

Cap. 54.

Cap. 55.

Cap. 56.

Cap. 57.

Cap. 58.

Cap. 59.

Cap. 60.

Cap. 61.

Cap. 62.

Cap. 63.

Cap. 64.

Cap. 65.

Cap. 66.

Cap. 67.

Cap. 68.

Cap. 69.

Cap. 70.

Cap. 71.

Cap. 72.

Cap. 73.

Cap. 74.

Cap. 75.

Cap. 76.

Cap. 77.

Cap. 78.

Cap. 79.

Cap. 80.

Cap. 81.

Cap. 82.

Cap. 83.

Cap. 84.

Cap. 85.

Cap. 86.

Cap. 87.

Cap. 88.

Cap. 89.

Cap. 90.

Cap. 91.

Cap. 92.

Cap. 93.

Cap. 94.

Cap. 95.

Cap. 96.

Cap. 97.

Cap. 98.

Cap. 99.

Cap. 100.

loco vestigia, immò ruinae aedificiorum, priscorum accolarum industria olim extru-
 dorum, sed exterorum hostium feritate belluina solo funditus aëquatorum. Et in ipso
 quidem loco magis lustra ferarum, quàm hominum habitatio, tunc temporis vide-
 bantur. Hunc ergo locum vir Domini Vvandregisilus, atque ipsius nepos venerabi-
 lis Godo, à prædicto patritio sibi donatum, studuerunt cum nonnullis ipsis fauenti-
 bus, repurgare, superuacanea quæque euellendo. Deinde verò etiam iacere funda-
 menta, vt iuxta prophetiam Esaia, in cubilibus, in quibus habitabant dracones, orire-
 tur viror calami ac iunci: videlicet fructus bonorum operum ibi nascerentur, vbi
 prius bestia commorari & habitare consueuerant. Coeptum est autem hoc opus ab
 anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quadragelimo quinto, sub die Calenda-
 rum Martiarum, Indictione tertia, qui erat annus Clodouci Regis vndecimus, obti-
 nente sedem Romanæ Ecclesiæ beatissimo Papa Martino. Tam verò solerti studio,
 tantaque industria perfectum est, vt penè illo in tempore venerabilibus cœnobijs
 æquaretur. Est autem hoc cœnobium situm in territorio Rothomagensi, distans à
 memorata vrbe millibus fermè decem & octo: porrò à fluuio magno Sequana, spa-
 tium passuum circiter octingentorum.

Sed quia mentionem fecimus Erchinoaldi præfecti, libet de eo aliquid dignum scri-
 bere. Is enim post transitum bonæ recordationis Dagoberti Regis, præfecturæ ordi-
 nem ac curam maximam regni Francorum, etiam cum filio eius Clodoueo & * Bal-
 tilde Regina, nobiliter administravit. Erat nanque insignis bonitate ac elemosynis
 largissimus, atque ex materna origine beati viri consanguineus. Postquam autem ex-
 cessit è vita Clodoueus Rex, remansit Baltildis Regina cum tribus filijs, Clotario, Chil-
 derico ac Theodorico. Equibus Clotarius, qui maior natu erat, fastigium adeptus est
 regni, rexitque populum Occidentalium Francorum annis * quatuordecim: & quod
 pater eius inchoauerat, prædictum locum pijs largitionibus ac priuilegijs suæ autho-
 ritatis deuotè studuit augmentare. Terminos etiam ipsius loci, prout voluntas vene-
 randi patris Vvandregisili erat, deuotissimè auxit. Ibi que residens vir Domini, cœno-
 bium, multorum fretus solatio, construere coepit. Ad cuius famam plebs vndique
 concurrere, & cultui religionis dicare curabant prædia plurima, ità vt multis conflu-
 entibus, monachorum numerus ad trecentos excreveret. Accurrebant vndique no-
 bilium liberi, & spretis seculi oblectamentis, & præsentium pompa facultatum con-
 tempta, æterna cupiebant cum tanto patre præmia adipisci. Aedificauit autem in ipso
 loco vir Domini basilicas egregio cultu, numero quatuor, in honorem videlicet prin-
 cipis Apostolorum Petri, simulque doctoris gentium Pauli, sanctique Laurentij ac
 Pancratij martyrum Christi: & cum huic operi insisteret, misit antedictum nepotem
 suum in urbem Romam, propter pignora beatorum Apostolorum ac martyrum
 Christi: vt aedificatis basilicis, in promptu haberet reliquias sanctorum, quorum no-
 mini & reuerentiæ dicare disposuerat. Qui votis pij patris libentissimè parens, Romam
 abiit, Vitaliano Papa eodem tempore gubernante sedem eiusdem Ecclesiæ: atque ab
 eo suscepta plurima Apostolorum & martyrum Christi pignora, vnà cum benedictio-
 ne Apostolica rediens, secum detulit, codicumque sacrorum copiam non minimam:
 prosperoque cursu itinere acto, ouans reuertitur ad virum Dei: cunctaque, quæ
 attulerat, idem vir Domini venerabiliter suscepit. Accersito etiam sanctæ recor-
 dationis Audoëno præfule, præfatas, quas aedificauerat, ecclesias vt consecraret, si-
 mulque pignora, quæ Godo cum eius autoritate Romæ impetrauerat, Christi impo-
 neret aris, supplex exorat. Quod ità à prædicto præfule confestim constat fuisse im-
 pletum. Locus autem ipsius cœnobiij tam fertilis, tamque iucundus extitit, vt cum
 quis illuc aduenerat, inter pomorum nemora & hortorum amœnitates virentium,
 in hæc protinus libèret ei prorumpere verba: Quàm pulchra tabernacula tua Iacob,
 & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt paradisi iuxta fluuios irrigui, vt taberna-
 cula quæ fixit Dominus, quasi cedi propter aquas.

Adiutor præterea huius operis & cooperato insignis, Vuaningus vir illustris exti-
 tit, qui viro Dei plurima prædia felici munere ad vsum seruorum Christi deuotè con-
 tulit, filiumque suum, Desideratum nomine, sub regimine prædicti patris in eodem
 loco monasticæ disciplinæ & Christi militiæ tradidit vacaturum. Erat is Vuaningus di-
 tilissimus, & multimoda cœnobiiorum habitacula in possessionibus proprijs construxit.
 Ex quibus vnū est, quod vocatur Fiscannum. Quo in loco dum moraretur, excessum
 mentis subito passus est, ostensaque sunt ei poenæ damnatorum, & felicitates iustorum,
 audiuit.

Construit
 Fontanel-
 lense mo-
 nasterium.
 Esa. 35.

Cap. 14.
 Erchinoal-
 dus præfe-
 ctus insi-
 gnis.
 Blitilde

alij qua-
 tuor tantū
 habent.

Trecenti
 monachi
 Fontanel-
 len.

Multas ab
 vrbe acci-
 pit sanctorū
 reliquias.
 Item sacros
 codices.

Reliquiæ
 aris impo-
 sitæ.

Num. 24.

Cap. 15.

Vuaningus
 vir illustris
 multa con-
 dit mona-
 steria.

audiuitque diuinitus, viginti annorum spatio ipsum victurum, idque impetrasse à Domino sanctam Christi martyrem Eulalam, cui precibus se sedulis commendare solitus erat. Sed & ipsa Christi martyr ei apprensens, commonuit vt in prædicto prædio, quo morabatur, monasterium construeret, & de sua stirpe nulli regendum committeret. Qua reuersa ad superos, virum Dei Vuandregisilum accersuit, & ordinem ei visionis exposuit: simulque à febre, qua premebatur, eius precibus curatus, operam recepit sospitatem, prædictumque cœnobium, vt monitus erat, ilicò construere cœpit.

Cap. 16.
Hildemarcha sanctissima abbatisa.

Erat tunc temporis apud Burdegalim urbem virgo Christi Hildemarcha, cuiusdam monasterij sanctimonialium sanctissima gubernatrix: ad quam quidam vir Dei, monachus ac diaconus, nomine Sindardus, cum propter vtilitatem seruorum Dei in illas partes mitteretur, causa hospitij declinare solitus erat. Cui illa intimauit, in visu se esse commonitam, vt tellurem adiret Rothomagensem, virumque Dei Vuandregisilum inuiseret, atque sub illius regimine diuinis pareret edictis. Quæ, sicut in eius scribitur gestis, ad Christi famulum perueniens, ab illo ad illustrissimum virum Vuaningum perducta est. Is verò prædictum cœnobium Fiscamnum per testamenta tradens beato Vuandregisilo, eius suasu eidem religiosissima virgini tradidit gubernandum. Cuius vitam ac laudabilem conuersationem libellus, qui de eius scribitur actibus, liquidò narrat. Quod idcirco scribendum putavi, vt posteris intimaretur, sub iure & regimine prædicti patris idem cœnobium nuperrimè fuisse. Porro Sindardus Christi famulus, pignora S. Saturnini Tolosæ vrbis Episcopi & martyris, viro Dei detulit, sed & sancti confessoris Amantij Redonenfis præfatus: in quorum honore duas condidit basilicas, quarum vna, quæ in veneratione martyris extat, est sita in vertice ardui montis, vinearum quondam fertilis. Altera verò, quæ in nomine confessoris est condita, distat ab ipso principali cœnobio passus sexcentos. Monstrabantur intestini istius basilicæ grabati & sedes, vbi beatus pontifex Audoenus & sanctus confessor Philibertus, dum virum Dei inuiserent, requiescere ac confedere soliti erant. Quorum oratio non alia erat, quàm de regno Christi, de paradisi delicijs, & de gehennæ supplicijs: de iustitia quoque, fide & charitate, & patriæ salute: simulque de illecebris respiciendis, & pace omnibus prædicanda. In quibus cellulis prædictus vir Domini monachos constituit, qui diuinis insisterent seruitijs: quia vnus cœnobij septa tantam conuersorum turbam non facillè potuissent continere.

Eccè quomodo olim Basilicæ in honorè sanctorum constructæ & consecræbantur.

Cap. 17.

Patratum post hæc miraculum per virum Dei, referre dignum duxi ad gloriam eius, qui gratiam subministrat, & honorem illius, qui efficit miracula. Anno quarto regiminis viri Dei, qui erat Clodouei Regis decimus quintus, cum ipse vnà cum fratrum cœtu operi manuum vacaret in valle antè dicta ad plagam orientalem, vbi fons oritur amnis Fontanellæ, Betto quidam, custos regij saltus, quem fratres à loco, in quo ipsi operabantur, migrare compulerant, vitam solitariam ducere cupientes, liuoris peste corruptus, simulque dæmone plenus, viro Dei occurrit, lanceaque eum trajcere voluit: sed maleuolam animam vltio diuina citò anteuertit. Nam dextera, quam aduersus virum Dei leuauerat, torpente, ante pedes eius humi defixa stetit: ipse verò à dæmone arreptus, ante viri Dei vestigia ruit. Quem cernens famulus Christi debita vltione percussus, die illo & nocte sequente apud se retinuit. Die autem illucescente, eum ad se accersuit, Deoque fauente, suis orationibus illum curans, sanum ad propria remisit. In eodem verò loco basilica à viro Dei in honorem sanctissimæ matris Christi condita est, vbi interuentu eius plurima quotidie, Deo iubente, fiunt miracula.

Betto dum vult virum Dei confodere, diuinitus puniatur.

Cap. 18.

In prædicto nanque cœnobio viro Dei cum suis commoranti, cum nulla alimentorum solatia adessent, Baltfridus Cellarius id ei indicauit. Cui ille: Potest, inquit, conditor rerum suis in deserto famulis parere mensam, qui multiplicatione quinq; panum satiavit hominū quinque millia. Euénit, quem admodum dixerat vir Dei. Monuit namque Dominus per visum * Blitildé Reginam, vt famulo suo intrâ eremi vastitatē consistenti necessaria ministraret. Quæ expergefata, onusta vehicula seruo Dei dirigit. At ille gratias bonorū omniū largitori agit, qui solita benignitate seruis suis semper consolator adesset. Percepta verò benedictione, illi, qui alimenta attulerant, suo itinere reuersi sunt. Porro anno decimo quinto regiminis sui, vir Dei Clotariū tertium Regē accessit, & priuilegiū regie cōfirmationis super area dicti cœnobij liberalissima datione accepit. Celebrata ea fuit in territorio * Castriēsi in loco illo, quæ Palatiolum vocantur.

Mat. 14.

* Baltildem

Regina per visum admonita, annonam mittit viro Dei.

Cap. 19.

Porro vir beatus iam in vltima positus ætate, quando iter agere constituit, non

non poterat equo vehi, sed vehiculo ferebatur, quod aut muli, aut equi traherent. In prædicto autem territorio illo degente, quidam vir illustris nomine Hartbamus, filius illustris Erinberti, ad conuersionem veniens, tribuit eidem glorioso patri prædium quoddam nomine Butionem, in quo ecclesiam ædificauit, habitacula seruorum Dei instruit, & famulatuos diuinæ clementiæ monachos inibi collocauit. Seruus autem Christi Hartbamus in magnæ religionis obseruantia vitam, auctore Christo, finiuit, permultaque prædia eidem venerabili patri deuotè largitus est. Eius pater Erinbertus, cum magnis febrium angoribus teneretur, precibus sanctissimi viri sospitati pristina redditus est, atque per id tempus prædium Virtlaicum, situm in pago Cellan super amne Eura, eidem patri deuotè donauit, in ipsa largitione damnationem æternam imprecans ijs, qui id prædium inuadere ausi essent. Gaudebat enim ille vir benignissimus, quod bona sua posset largiri Christo, faciens eum terrestrium rerum suarum compotem, vt ille eum faceret bonorum cælestium cohæredem: sciens quod patri monium Deo creditum, nec res publica eripit, nec fiscus inuadit, nec aliqua calumnia forensis euertit: pariter intelligens scriptum esse, eam hæreditatem benè recondi, quæ Deo custode seruetur.

Sed his omiſſis, quæ sua multitudine dicendi facultatem vincunt, ad viri Dei virtutum pertextenda opera reuertamur. Ex largitione illustris viri Vattratonis ad amnem Vuitlanam, in honorem principis Apostolorum oratorium construxit, quod Monasterium appellauit, vbi monachorum Deo militantium conuentum collegit. Redundabat in discipulos fructus doctrinæ eius, quandoquidem quod sermone docebat, factis explebat. Nullus apud eum vel moerore tenebatur, vel immodica lætitia efferebatur. Erat gratus omnibus, singularis seruoris, specialis alacritatis, eximie charitatis erga pauperes & peregrinos. Nouerat & superbis resistere, & humilibus subditus esse: parcere subiectis, & debellare superbos. Sapientibus digna exhibere, simplicibus mystica referare. Fortis erat in aduersis, sobrius in prosperis: têtatus in omnibus, discretus in cunctis. Erat hoc illi studium & labor indefessus, vt recto itinere subditi ipsius ingrederentur: ex profectu enim filiorum, laus & merces cumulatur parentis. Nonagesimum ætatis annum iam supergressus, ita fuit virilis, vt in labore manuum iuuenes antecedere videretur. O virum prærogatiua meritorum dignissimum, qui per contemplationis studium sterilis effectus, pro educatione tamen atque exemplo filiorum, multimode se seruituti placidè subdebat, imitans Apostolum, qui ait: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Sicque per occidentem eius laudatissima peruolabat fama, vt putares Apostolorum adesse tempora: ita vt perituri seculi sprete delicias, nobilium multitudo virorum communia cum omnibus possideret omnia. Si quisquam proprium aliquid vsurpare tentasset, à cæterorum remotus consortio, pœnitentiis illic vltione pledebatur. Sed & omnes Calerorum populi, ita bruti ac belluis similes ante aduentum illius in hac regione fuerant, vt præter Christianæ fidei nomen, virtus religionis penè abolita in illis locis haberetur. Agebat namque vir venerandus studio indefesso, vt quæcunque peragraret loca, verbis Euangelicis condiret vniuersa. Et ita per eius monita & prædicationem sunt conuersi, vt qui antea diripiebant aliena, postea largirentur propria, ac idolorum confringerent statuas, quas dudum ritu profano venerabantur: pieque ac spontè se subderent Christi disciplina, qui antè rebelles, non dignabantur audire. Tantusque honor ac deuotionis affectus excreuerant circa sacerdotes ac monachos, vt si contigisset alicui ex ordine plebeio eos obuiam habere, quanuis potens persona, Christum in eis adoraret ac veneraretur.

Spiritum quoque prophetiæ diuinitus illi collatum non dubitamus, ita vt quæ ventura essent, plurimis indicârit. Notum sanè est, crebrò illum prædixisse futura, quæ postea constat euenisse. Blitildi namque reginæ, relicte Clodouei Regis, obitus trium filiorum ac successiones exposuit. E quibus Clotarius, qui maior erat natu, quartumdecimum regni annum agens, consortijs subitò caruit humanis. Deindè Childericus temerè ab insidiatoribus interemptus, à præsentis sublatus est vita. Tertius Theodoricus matri superstes, regni suscepit gubernacula: compleraque in illis est prophetia viri Dei. Hæc quidem pauca miraculorum insignia cum bona venia lectoris in præsens sufficiant, breui incomproque relata sermone. Veniendum est, fauente Christo, ad ea, quæ vbertim cunctipotens virtus, spiritu ipsius patroni sublato ad cælum, apud ossa sanctissima gesta referuntur in terris. Denique indubitanter retinemus,

Erinbertus
liberatur
febre.

Cap. 20.

S. Vvandregisili
factis
explebat
quod ore
docebat.

Magni ro-
bur in etate
decrepita.

1. Cor. 9.

Conuertit
multos po-
pulos.

Qualis olim
reuerentia
erga sacer-
dotes & mo-
nachos.

Cap. 21.
Prædicat
obitus trium
regum.
quartum

Iohan. 17.
Cap. 22.

Pfal. 119.

Videt aper-
tum caelum
sub mortē.

Cap. 23.

Lantbertus
episcopus
Lugdunen.

Ansbertus
episcopus
Rothoma-
genfis.

Cap. 24.
Accipit Eu-
charistiam
moriturus.

Morienti
multi ad-
sunt sancti.

tinemus, ipsius meritis, vt frequentius inculcatum est, animæ languores in permul-
tis esse curatos, ad laudem & gloriam eius, qui dixit: Sine me nihil potestis facere.

His ita se habentibus, vertantur articuli ad id commemorandum, quem admodum
beatus ille meruit de ærumnis exilij præsentis eripi, atque ad caelestis beatitudinis glo-
riam transferri. In ultimo senio constitutus, vtpotè nonagesimum sextum annum
agens, Domino sepissimè supplicans, aiebat: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolon-
gata est: addebatque: Iesu benigne, verbum patris æternum, de hac conuale plora-
tionis eripe me, & tuis fac quanto cytis dignum apparere conspectibus. Exaudiensque
Dominus dignas eius preces, immisit ei vltimam, immò salutiferam ægritudinem, vt
camino præsentis seculi ceu purissimum examinatus aurum, dignissimum caeli fieret
haeres. Tribus diebus totidemque noctibus in excessum mentis raptus, ianua cæli aper-
ta monstrata est, & iucundo adpectu frequenter oculos aperiens, caelum intuebatur.
Cernentes quoque discipuli, sanctissimi patris beatissimam dissolutionem, lætabantur
quidem de eius digna remuneratione, sed tristabantur plurimum de absentia corpo-
rali: atque inter mœsta suspiria & fluentes lachrymas, querulis aiebant vocibus: Quid
facturi sumus, quòd nos tam citò deseris pater? Verbum immortalitatis à te audire
cupimus, & assueta admonitione tua corrigi opramus. Profraticque humi fundunt
vberes sletus, orantque Deum, vt antequàm viam ingrederetur iustorum, eius allo-
quio fouerentur. Itaque omnipotens Deus, videns summum illorum dolorem, quem
pro sui pastoris decessu patiebantur, famulorum suorum precibus aures suæ pietatis
accommodat: permittitque, vt inclutus dum tyrones, tum veteranos milites dul-
cibus recrearet sermonibus, multa que futura eis prædiceret, quæ postea res ipsa com-
probauit.

Percontantibus indè monachis, post ipsius felicissimum transitum, quem sibi præ-
ficere deberent, tale fertur dedisse responsum: Aeternus, inquit, rerum conditor, qui
vobis locum concessit opportunum, quo sibi plebs sua famuletur in secula, ipse vobis,
charissimi filij, post paruitatis meæ decessum, dignum ac deuotum misericorditer tri-
buet rectorem. Duo sunt tamen in præsentia vestra charissimi mei filij, qui vicissim
post meæ fragilitatis decessum in regiminis succedent locum. Erat nanque vnus vo-
cabulo Lantbertus, vir eximia religionis & generis, ortus in territorio Taruaniensi,
qui post beatum Genesium præfulatum Ecclesiæ Lugdunensis suscepit: Alter verò
vir Domini Ansbertus, qui beato Audoëno in pontificatu successit ecclesiæ Rotho-
magenfis. Quorum vitam atque virtutes libellus, qui de eorum scribitur actibus, lucu-
lenter narrat. Atque ij successores fuere in regimine prædicto sanctissimo viro. Sub
horum regimine sanctissimi Patres, beatus Vulfranus præful Senonum & prædicator
gentis Frisonum, necnon vir Deo dilectus Erenbertus Tolosæ vrbis pontifex, & san-
ctus anachoreta & presbyter Condedus, Britannia insula ortus, monachicum ample-
ctentes habitum, ad castra Dei fulgida deuotissimè conuolârunt. Reliquia quoque eor-
um in eodè loco debito seruantur honore: vbi & gloria virtutum pollent, sicut in eo-
rum plenissimè scribitur gestis. Inter reliqua autem prædictus vir Domini, exhortati-
onis & confortationis verba, discipulis ipsi adstantibus valedicens, hæc intulit, vt cœ-
ptum non relinquerent iter, sed melioribus actibus quotidie perseuerando se confir-
marent, attentiusque sua monita retinerent, & opere perficerent: vt videlicet vnitas,
charitas atque humilitas in eorum radiarent cordibus, nulla que dissensionis aut liuo-
ris pestis, eorum vnquam serperet in mentes: sicque statûs illorum iura, & religionis
claritudo per cunctas perpetim durarent ætates.

Hac breui vltimaque coram eis oratione celebrata, quia gloriosum beate consum-
mationis tempus instabat, vt terrena corporis sarcina terris cõmendaretur, & caelestis
spiritus celsa conscenderet, viatico percepto, post paululū conticuit. Cumque hostis con-
spiceret inuidus remunerationis eius instare horâ, propter eum cruentus adstans, pa-
uores illi multiformes ingerere nitebatur. Quæ in tali constitutû agone audierunt cir-
cunstâtes fratres in spiritu sanctæ trãslationis dicentē, se fonte lauacri Christi tinctum,
dæmonemque se impediens diuinitus effugatum. Vocauit etiam tertio nominatim
quendam virum iustum, nomine Agathonem, cuius olim laudabilē vitam ac conuersa-
tionem notâ habuerat. Ex qua & subsequenti reuelatione liquidò colligitur, in eius trã-
sitione multitudinem adfuisse Sanctorum. Nam & quodâ discipulo eius, viro magnæ reli-
gionis, eadē hora suauissima audita fuerat caelestis cãtlena: qui etiã percontabatur ex
fratribus, vtrum ille dulcissimus sonus eorū penetrasset aures. Sed & ipse vir Domini
adstan-

adstantibus sibi imperavit, vt cum psallentibus iunctis psallerent vocibus. Quinam sint illi, inquit, nos nescimus: tu verò, cui olim, vt credimus, ianua vitæ patet æternæ, optime id nôsti. Ille verò iucundo adpectu lætabatur in Domino, gratias agens Deo, quòd celi ianuam ipsi referasset. O virum omni laude dignissimum, in cuius trāsitu celestis exultat chorus, omniumque virtutum supernarum gratulatur exercitus: cui celi ianua patescit, & Abrahæ sinus lætantem excipit. Multitudo proindè monachorum, quorum erat numerus fermè trecentorū, in tanti patris transitu diuinas laudes decantaturus aderat: hilaris quidem pro gloria, quam spera Aegyptia seruitute, olim adibat promissam: sed graui affecta mœrore, quòd præclaro destituebatur patrone.

Hac discipulorum caterua vallatus, salutiferæ Crucis signo se muniens, vndecimo Calendas Augusti nexibus terrenæ corruptionis absolutus, animā cælo reddidit, confortijs iustorum sociandam, & æternæ felicitatis gloria fruituram. Illic nunc choris interest angelorum, hinc fulget claritate virtutum: Illic interpellat pro famulis voce supplici, hinc eos virtute tuetur sublimi: Illic petit, hinc præstat: Illic vota fundit, hinc votis respondet. Interfuit autem in hoc eius sancto transitu in clytus ecclesiæ Rothomagensis pontifex Audoënus. Sepultus est primū in ecclesia beati Pauli Apostoli, in qua requieuit annis 40. Postea autem à sancto Baïno Episcopo vrbs Taruanæ, & Fontanelensis cœnobij abbate translatus est in Ecclesiam beati Petri Apostoli: atque ita integer ab omni corruptione cum vestimentis, quibus indutus fuerat, repertus est, quasi eodem die fuisset sepultura traditus. Actum est hoc anno Dominicæ incarnationis 729. regnante Domino nostro Iesu Christo, cuius potestas & imperium permanent in secula seculorum.

Cap. 27.
Signo Crucis se munit dum excedit è vita:

Trāslatum est eius corpus à Baïno Episcopo Taruanen.

Requieuit sanè venerandus, & cum omni magnificentia nominandus beatissimus Pater & sacerdos Domini Vuandregisilus, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi sexcentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua, anno nono pontificatus Vitaliani Pape, porrò tertij Clotarij anno regni vndecimo. Peregit autem felici & gloriosa consummatione cursum præsentis vitæ annis circiter nonaginta sex: è quibus in sacro regimine expleuit decem & nouem annos, menses quatuor, dies viginti & vnum. Sepultusque fuit in ecclesia S. Pauli annis quadraginta. Sanctus verò Præsul Ansbertus, annis vndecim: in clytusque pontifex Vulfrannus, annis fermè nouem.

DE S. APOLLINARI RAVENNATVM PRIMO EPISCOPO ET MARTYRE SANCTISSIMO, EX VETV-

His MS. codicibus: quibus adstipulantur antiquissima Martyrologia. Stylum opportunis locis nonnihil expoliuit F. Laur. Surius, adiecit margini capitibus.



IN diebus Claudij Cæsaris Petrus Apostolus Iesu Christi Nazareni, Romam venit cum multis Christianis, ei ministrantibus. Vt autem est urbem ingressus, ad Synagogam Iudæorum se contulit, indicauitque eis se quoque Hebræum esse, & à Iudæa propter fratrum charitatem eò aduenisse. Cumque per multos dies cum illis conferret sermones, adferebat identidem de nomine Iesu, dicens eum verè esse filium Dei, qui saluum fecerit omne humanum genus: simul exponens, quanta opera & virtutes fecisset in Israël conuenienter vocibus Prophetarum. Itaque multi ex illis agentes poenitentiam pro sua ignorantia, prædicante Petro, crediderunt in Dominū Iesum: nec Iudæi solum, sed etiā Romani excipientes verbū, gauisi sunt, quòd visitasset Deus genus humanū, mittens filium suum, qui mundum renouaret: credentesque, in Iesum, baptizabatur. Post multū verò tēporis ait beatus Petrus Apostolus Apollinari discipulo suo; Quid hic sedes nobiscū? Ecce eruditus es de omnibus, que fecit Iesus: Surge, & accipe spiritū sanctum, simulque Pontificatū, & proficiscere ad urbē Rauennatiū. Multus illic populus est: prædica eis nomē Iesu, nihil reformidās. Constat enim apud e, verè eū esse filiū Dei, qui mortuis vitā reddiderit, & aegris verbo attulerit medicinā. Tādēm post multa, cū precatus esset beatus Petrus, manus imposuit capiti eius, dicēs; Mittat Dominus noster Iesus Christus angelū suū, qui

Iulij 23.
Cap. 1.
S. Petrus venit in Romā.

Multi Iudæi & Romani credunt.

S. Petrus Apollinarem Rauennam.